**Non eſt ſanitas in carne mea a facie ire tue** quũ. ſ. uidi angelũ percutiẽtẽ popu
lum p ꝙ timeo futurã i iudicio p
cuſſionẽ quũ pſerti uideam me i morbo uni
uerſali egrotũ icipe tu lector ab itellectu
volũtate ⁊ memoria amãtiũ uoluptatẽ. inci ifirmitas
pe a corde diſcurre p oculos aures nares vniuerſa
guſtũ linguã tactũ p quẽ oẽs aĩe ⁊ corpo lis
ris mẽbra nihil ſani repies. p quod dubitã
dũ ẽ ne ſi pena reſpõdeat cl̃pe. totus ⁊ i
eternũ affligatus ꝙ dubitãs aiebat Dauid.

**Non eſt pax oſſibus meis** ineterzatis i ↄſuetudinez uitijs
q. d. ne dũ caro infirmata ẽ
ſ3 ipſum robur aĩe ꝙ p oſſa ſignificatur
i. rõ ipſa ceſſit uoluptati ſenſuũ iõ populi ratio
aiũt uoluptatẽ ipſaz q°q3 rõnem abſorbere
h° egregie figurauit uates q̃n i tempeſtate Uir.
illa ſubita ⁊ maxima ſpeluncã dido dux ⁊
troianus tandẽ deuenit. Dauid g° ſupra p
miſerat ↄfiteri. dixi cõfitebor hic ꝯo per confeſſio
ficit ꝙ pollicitus ẽ ⁊ aduerte quõ cõtinue Dauid
magis ac magis delictũ ſuũ aggrauat. dixe
rat ifirmã carnẽ nunc aĩam. q. d. uolũta
rie peccaui. vñ qeſcere ñ poſſũ a facie
pctõꝝ quũ illa recolo. ñ poſſum ñ affligi
ꝙ tñ delinquerim.

**Quoniã iniquitates mee ſupergreſſe ſũt caput meum** .i. ſuper rõis
ipiũ ſuper greſ
ſe dñate ſunt. q. d. put q vult aliq3 itez
ficere illũ deicit ſi põt ⁊ ſupgrediᷓ ita dia
bolus facit pctõꝛi Dãtes
Lhumero ſuo chera acuto ⁊ ſuperbo.
charchaua un peccator con ambo lanche.
⁊ quel tenea delpie gernito neruo.

**Et ſicut honus graue grauate ſunt ſuper me**

deprimentes me nedum in terram ſed
vſqꝫ in profundum abiſſi. ⁊ ue miſero mi/
hi niſi tu domine deus ſubleuaſſes me
exēplum arſenij — exemplū illius ethiopis oſtenſi beato Ar
ſenio facientis faſcem lignorum. quem quia
haud deferre poſſet iterum atqꝫ iterum ſu/
peraddebat ligna quouſqꝫ ſub honere cre
puit. hic ſignificabat peccatorem addentem
peccata peccatis ut leuior incedere poſſet
Aug. — hic Aug. ait quod per caput intelligitur ſu.
perior pars rationis. ⁊ ſicut honus trahit
deorſum ita ⁊ peccatum. ⁊ quia homo ere
xit caput ſuum aduerſus deum iuſtum fuit
vt deprimeretur infra peccatum. ⁊ poſtea
in infernum que omnia in penitentiā lumi
ne gratie intelligimus.

**Putruerunt et corrupte ſunt cicatrices mee a facie inſipientie mee** cicatrices ſunt ſigna quedam
ex vulneribus remanentes in quibus con
tinua eſt memoria vulnerum. ⁊ hee cica/
trices in mente penitentis in dies putridio
res apparent. quia q̄ʒtomagis a lumine gra
tie illuſtratur tantomagis dolet. ⁊ ſemper
tanq̄ʒ inſipiētē ſe accuſat iō. 2. R. 24.
Dauid reprehenſus a Nathan. peccaui in
quit ſed obſecro domine ut deleas iniqui/
tatem ſerui tui quia ſtulte egi nimis. ſolent
enim ſemper penitentes in ſecreto cordis
ſui clamare o miſerum me o infelicem o in
ſanum quomodo non rui in profundum tar
tari ⁊ ſic cotidie aſcendunt tribunal men/
tis ſue ⁊ confitentur coram deo.

**Miſer factus ſum et curuatus ſum uſqꝫ in finem tota die cō triſtatus īgrediebar**
miſer fui ⁊ miſerimus ex voluptate ab ho/
mine in beſtiam lapſus pro tanta miſeria tā
tam felicitatem admittens. incuruatus oio
a tanta rectitudine regiminis rationis in fe
ces ſenſuum. tota die afflictus ex tanta mei
inſania ingrediebar locum ſolitarium in tū/
bam montis ſyon iacebam in terra uolupta
bar in cinere. 2. R. 12. Dauid poſt tantū — 2. R. 24.
nephas ieiunauit ⁊ ingreſſus ſeorſum ta/
cuit ſuper terram ſecundum Nicolaum de
lira in tumba quadam extitit ſyon q̄ etiam
gentilis poeta nr̄ i triūpho prio ſenſit di.
Poi vedi come amore crudele ⁊ prauo.
uince Dauid. ⁊ sforzalo affar lopra.
onde ene piange in loco obſcuro ⁊ cauo.

**Quoniā lumbi mei impleti ſunt illuſionibus** ⁊ re uera quid ſunt veneree
paſſiones niſi illuſiones. un̄
Orpheus in argonautica amorē dulce ama — Orphe⁹
rum appellauit. q. d. hoc eſt amor decipi
in amaro pro dulci. Ouidius ad mea decepti — Ouidius
iuuenes precepta. uenite quos ſuus ex oī
pte fefellit amor. Itē i triumpho iā dicto.
Errori ⁊ ſogni. ⁊ ymagine ſmorte.
eran dintorno alarcho triūphante
⁊ falſe oppinione in ſulle porte.
El lubrico ſperar ſuper le ſcale.
el dannoſo guadagno ⁊ util danno.
et. gradi vnde piu ſcende chi piu ſale.
Stanco riposo ⁊ riposato affanno.
chiar diſhonore ⁊ gloria obſcura ⁊ negra.
perfida lealtade ⁊ fido inganno.
Sollecito furon ⁊ ragion pigra.
carcer oue ſi uieni per ſtrade aperta.
onde ꝯſtrecta agran doglia ſi migra zc̄.
hanc diſcriptionem huius dannoſe ueneris
quam uates ab homero ⁊ orpheo traxit le
ges in comento noſtro ſuper hoc diuo poe
ta in quem uerus Appollo ⁊ muſe omnes
dicendi uim expreſſerunt ⁊ ſic intelliges
has illuſiones carnis. In trāſlatione uero
Hyeronimi habetur lumbi mei īpleti ſunt
ignominia. Valerius quid ergo his vitijs — ignomīa
fedius. quid etiam dannoſius quibus uirtus — Valerius
atteritur uictorie langueſcunt ⁊ ſopita glo
ria in infamiam conuertitur. adeo ut ne/
ſcias ab illis ne an ab hoſtibus capi per/
nitioſius ſit agendum. Dauid duplicem
pro hoc peccato habuit ignominiam unam
quia abſalon publice in die acceſſit ad vxo

res patris, alteram quia ſe a uoluptate deceptum intellexit. ꝙ ſequitur.

**Non eſt ſanitas in carne mea** q2 uoluptas lepra eſt omne corpus inficiens. infecerat patrem. infecit ⁊ filium abſalon. ⁊ ſic quilibet debet ſeipſum infirmum recognoſcere. ⁊ ad medicū ſalutis currere clamans cum Dauid.

**Afflictus ſum et humiliatus ſum nimis** fugiens de hyeruſalem a facie filij ſui abſa
2. Re. 14. lon querentis patrem interficere 2. Re. 14. ⁊ humiliatus ēt ex timore diuini iudicij.

**Rugiebam a gemitu cordis mei** tanq̄ leo maximo dolore cordis preſſus fremebam. ita ut ſigna exteriora maximam afflictionem ſpiritus demonſtrarent. premebar foris. ſ3 lōge magis intus a timore diuini iudicij.

**Domine ante te omne deſiderium meū** ſcis ꝙ n̄ intior ſcrutās corda ⁊ renes de⁹.

**Et gemitus meus a te non eſt abſcōditus** q̄uis alij uiderint inundantiam fletus q̄ forte tantum rati ſunt propter perſequutionem abſalon eſſe. tu tamen uidiſti gemitū ideſt interiorem planctum ꝙ maiori ſcilicet pena anxius eram ex culpa inte commiſſa q̄3 ex perſecutiōe filij mei. q̄ue quidē erat a filio pſequi grauiſſimū tamē offendiſſe dn̄m.

**Cor meum conturbatum eſt** ſicut in culpa delectatum ita in pena afflictum. uel quum illud in ſeruitutem rationis redigerem obſtabat nec parabat aditum ut ignem carnalem expellerem. introduceremq3 ſpiritualem.

**Dereliquit me uirtus mea** ſolitum animi robur. ſolita deuotio ⁊ feruor q̄n orabam. quia nunc extrauagatur mens. nec
propterea dicunt theo. deſiſtendum eſt ab oratione. quia in uirtute prime intentionis bone oratio meretᷣ ⁊ impetrat q̄uis illa ſolum dulcedine priuetur. uidemus ꝙ ipſi q̄q3 ſancti conquerentur de hoc. exemplū ruſtici iactātis ſe cum beato Bernardo ꝙ unū pater noſter diceret ſine aliqua mentis uagatione ſi ſuam illi mulam daret. pollicitus eſt. qui quum dixiſſet medium fere. ⁊ ſellas īgt o pr̄ cū mula mihi debes. ⁊ neutrā hūit.

oratio

exemplū Ber. cū ruſtico

**Et lumen oculorum meorum et ipſum non eſt mecum** ex uiſiōe furentis angeli ⁊ inundatione lacrimarum caligauerunt oculi Dauid. tam̄ hic oculi itellectus ⁊ ratio intelliguntur que in uoluptatibus abmittuntur. ut nullo amplius intellectus acumine. aut rationis diſcurſu utatur. Venere⁹ tantum impetu ſeniuum trahitur. ideo ſequitur pena.

**Amici mei et proximi mei aduerſum me appropinquauerunt et ſteterunt** ſi. n. ſibi ipſi cōtrari⁹ ⁊ crudelis eſt cōuenit ut ceteri oēs illi contrariētur. iō Dauid in penam. Abſalon filius. Annanias nepos. ⁊ Achitophel conſiliarius primi rebelles fuerunt. ⁊ cum his affines uere in uindictam. ideo ſequitur.

Abſalon
Annanias
Achitofel

**Et qui iuxta me erāt de longe ſteterunt et uim faciebant qui querebant animam**

ſenſꝰ **meã.** i.i mortẽ me querebant. ſic nobis peccãdo euenit ut ſenſꝰ cuſtodes ⁊ ſecretarij hominis. qui deberent pro/ deſſe ⁊ cuſtodire primi ſatelites ⁊ homicide
Plato ſunt. ſecundum Platonẽ. qui uim inferũt ⁊ i ꝑcipitiũ ipellũt.

¶ **Et qui inquirebant mala mihi loquuti ſunt uanitates** dicebat enim
ſemei ſemei deſcẽ/
vir belial de uir belial ⁊ uir ſanguinum. ⁊ ſic demo/ nes vana loquunť ⁊ docent aduerſum nos.

¶ **Et dolos tota die meditabantur** ideſt nouas ma/ chinatiões ruine ut diabolꝰ. cotidie machinať aduerſum te.

¶ **Ego autem tanquam ſurdus non audiebã et ſicut mutus non aperiẽs os ſuũ** optima in q̃ȝ remedia contra ictꝰ lingue.

¶ **Et factus ſum ſicut homo non audiens et non habens in ore ſuo redargutionem** tanq̃ ſi nihil haberem ꝙ contra illos poſſet obici. quum multipliciter fedati omnium ſce lerum crimine eſſent. o q̃ȝ utile conſiliũ ſe cundum omnium philoſophorum uatũ theo logorum ſanctorumq; ſententiam ad ictus lingue ſcuta aurium opponere hic gloſa di cit qui iniquirebant. quia ſcilicet non inue/
puer. xi. niebant ſed pro᷒. xi. qui inueſtigator eſt malorum opprimetur ab eis ⁊ ſubditur pati entia ego tanq̃ȝ ſurdus. non ſurdus. ſed tã q̃ȝ a uirtute patientie retentus ⁊ ſicut mutus quia mutus non eram. duo patien tie ſigna unum in audiendo aliud in non re ſpondendo ⁊ hec eſt cauſa.

¶ **Quoniam in te domine ſperaui tu exaudies domine deus noſter** ſperantes in domino miſericordia circundabit. q. d. non ſperamus ⁊ derelinquimur exaudies non poſſum falli i te ſperauerunt patres noſtri ſperauerũt ⁊ liberaſti eos. ita certitudinaliter loquitur quia nunq̃ȝ fallit humilis ⁊ deuota morta/ Spes
lium ſpes Plato ſecundus Boetium in deo Plato
preces ueſtras ponite. que ſi recte ſunt in efficaces eſſe non poſſunt.

¶ **Quia dixi nequando ſupergaudeant mihi inimici mei** rex in ſtam oro iuſtiſſimum deum. ne me pre manibus habeant ⁊ interficiant ⁊ longe crudelius morte illa eterna in demonum manus deue niam. q. d. hoc oro. ne peccatum reperia tur in me ꝙ eſt cauſa exultationis ini/ micorum.

¶ **Et dum commouentur pedes mei ſuper me magna loquuti ſunt** dum titubarẽ ⁊ fugerẽ Achitofel
dixit abſalon eligam mihi. xii. Achitofel
milia uirorum ⁊ conſurgens perſequar Da uid iſta nocte ⁊ irruam ſuper eum. qui lapſus ẽ ⁊ tradet illũ dñs in manus nr̃as.

¶ **Quoniam ego in flagella paratus ſum et dolor meus in conſpectu meo ſemper** q. d. promtus ſum ad oĩa tua flagella unde dixit ad Sadoch reporta arcam in urbem ſi inuenero gratiam in oculis dñi oſten/ det mihi ſin autem dixerit non places pre/

ſto faciat ꝙ bonū ẽſt in oculis eius ego corrigi paratus ſum. 7 ſp doleo doleboqȝ ſp offendiſſe deū 7 non ſemp doluiſſe doleo.

¶ Quoniam iniquitatem meam ãnūtiabo quia ad reprehenſionẽ Nathan multa obtulit ſacrifiica quibus ſtati patuit omni populo in quo deliquerit. 7 cētum.

¶ Et cogitabã pro peccato meo ſemper puniendo 7 cauẽdo a reciduuo. duo maxime ſunt in me. dolor offenſe 7 firma diſpoſitio non offendendi.

¶ Inimici autem mei uiuunt 7 cõfirmati ſunt ſuper me et multiplicati ſunt qui oderunt me inique.

2. R. 14. dū hec offerret ſacrificia Dauid facta ẽ ɔiuratio ualida ɔt Dauid 7 populus ɔcurrẽs augebatᷓ cū abſalone 7 hec inigtas maxima ẽ. patrẽ a filio pſequi uiolari illi vxores. Ambro. i examerõ. de ciconijs q̃ ſenes parẽtes i nido fouent 7 alūt 7 tñ ſine itellectu ſunt. non iquit gᷓe eſt ꝙ debito redditur nãe. Aristo. i his honoribus q ſunt ad deū 7 ad parẽtes non poſſumus aliqd referre ɔdignum. Si petis qᷓ mali i bonos pualẽt reſpõdẽt doctores i augmẽtū meriti bonoꝝ 7 i augmẽtū pene illoꝝ fiūt dei carnifices ipi q° qȝ ab alijs occidẽdi

2. R. 14. parẽtes Ambro. ciconie Aristo.

¶ Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi filius meus 7 amici 7 ſecretarij ingrati qui me apud populum infamant virum ſanguinum 7 belial.

¶ Quoniam ſequebar bonitatem ideſt ad te ſupplex cõfugiebam ut tua iterum gratia bonus efficerer.

¶ Ne derelinquas me domine deus meus ne diſceſſeris a me q. d. tu mihi ſolus ſufficis. ſit totus contra me mundus tu ſolus mecum. non permittas me cadere in peccatum 7 in manibus demonū. fragilis ſum. nolis periculum de me facere in temptationibus. aut non ueniant aut ſi venerint tu ſemper cum illis ſis. temptatio

¶ Intende in adiutorium meum dñe deus ſalutis mee ideſt preſta mihi auxilium o uera ſalus in quo a quo 7 per quem omne habetur bonum. hec autem omnia tu quoqȝ miſer peccator a uicijs 7 demonibus pateris unde Dauid preuidit in ſpiritu in uirtute penitentie ſue hunc pſalmum tibi profuturum ad impetrandam uenias 7 procul pellendos demones aduocandoſqȝ in auxilium angelos. cum quibus in eternum cantes Sanctus ſanctus ſanctus dñs deus ſabbaoth. Oſanna in excelſis.

¶ Pſalmus 4. penitentialis in ordine pſalmorum 50. dictus pſalmus iubilei qꝛ facit ad iubilū eterne uite.

¶ Miſerere mei deus ſecūdū magnam miſericordiam tuã quis unqȝ mi. L. iubilum huius pſalmi ł intelligere uel narrare poſſet. ſuccum tamẽ humanis uiribus poſſibilem extrahere nitemur ſed tria primum neceſſario uidenda ſunt titulus ſcilicet cauſa 7 uirtus ut intelligas in hoc pſal. omnem diſpoſitiones ad iubilum.

❧ Primo titulus est. Ad memoriam psal. Da
Iᵘ titulus uid. q. d. nunq̄ȝ a memoria remouenda est
tanta gratia immensi iubilei quã David ha
buit in hoc psal. psallendo in quo sibi celi
psal. aperti sunt ⁊ vidit ⁊ alloquutus est deum
ideo ait alibi letatus sum in his que dicta
sunt mihi. quia eterna gloria illi promiſſa
est. Exultauerunt in viſione Oculi. ideo
Oculi ait oculi mei ſemper ad dominum. Auris i
Auris auditu. quia eloquium dei dulce ideo ait au
ditui meo dabis gaudium ⁊ letitiam ⁊ exul
Guſtus tabunt oſſa humiliata. Guſtus ideo conclu
dit. q̄ȝ dulcia faucibus meis eloquia tua ſu
per mel ori meo. ad memoriam ergo intitula
tur psal. quia ſecundum philoſophum 2ᵒ
Ariſto. poſter orū Ex ſenſu i nobis fit mēoria ⁊ ſic
fuit in David q̄n tanta dulcedo ſenſuus re
condiderūt nectar illud diuinum in memo
ria tanta cum ſuauitate radicitus fundata
ut difficile ⁊ quaſi impoſſibile ſit diuelli.
Audi ſecundum philoſophum. quomodo hoc
Ariſto. idem in te euenire poſſit libᵒ de memoria. ⁊
Senſus reminiſcentia. Senſus inquit eſt preſentiū
memoria ⁊ memoria p̄teritorum tantum. quū ergo tu
meditatio diuinas ſentis inſpirationes guſta q̄ȝ ſuaues
ſint ac ſtatim ne labantur reconde in me-
moriam ⁊ meditare continue. quia ſecundū
philoſophum ibidē. Meditationes memoriā
Ariſto. ſaluant idem Ariſto. ibidem Meditari eſt
ſpeculari aliquid multotiens in tantum ꝙ i
conſuetudinem vertatur que altera natura
eſt ⁊ quaſi in neceſſitatem uertitur ſic de
lectari i deo. hec omnia ſi recte animaduer
teris mi Leonarde intelliges ſpiritum ſan-
ctum loqui per David in future pnie noſtre
fructum. ⁊ ſalutem animarum eternam.
❧ Secundo cauſa huius pſalmi. 2. Re. 12.
2ᵒ cauſa poſtq̄ȝ tulerat Berſabe ⁊ uirum occiderat p
2. Re. 12. ditore reprehenſus a Nathan propheta.
Nathan Peccaui inquit dolore cordis intrinſecus ta
ctus ⁊ in illa ui lacrimaꝝ illuſtratᵘˢ eſt in
tellectus eius ad uidendum futurum iubilum
penitentie ſue unde. Secūdū pſalmum in
titulauit intellectum. quia intellexit diuina
gratia quid ſibi agendum eſſet. ⁊ quia poſt
3. anime longam meditationem hec omnia in memo
partes ria tanq̄ȝ in armario ſunt recondita nunq̄ȝ
itellectᵘˢ abolenda hic ad memoriam dicit. per quas
voluntas duas anime partes intelligitur ēt tertia. ſ.
memoria voluntas que regina ē in regno aie. itelligit

eni intellectus ſ̄m officiū ſuū ⁊ volūtas iu
dicat an ſeruāda ſint vel negligenda ſ̄m con
ſortiū ⁊ cōiugiū rōnis ſibi ſp aſſiſtētis. audi
to. n. Nathā ꝑpheta ſtati David uere peni
tuit ⁊ i v̄tute pnie ſenſit tm̄ lacrimaꝝ fructū
ſibi ⁊ toti eccl'ie ꝓfuturꝝ iō fecit hūc pſal.
❧ Tertio virtus pſalmi maxia. qꝛ quū in 3. virtᵘˢ
ſtaret annus iubilei. David oblitus regie
maieſtatis idutus cilitio in terraq̄ȝ iacens
i tumba mōtis Syon fecit talem pniaȝ ꝙ añ
iubileū ſenſit iubilū i corde ſibi a deo datū
uñ fecit hūc pſalmū de materia illa ut ⁊
ceteri hāc eandē gratiam hr̄e poſſent ſic
ſibi a ſpiritu ſcō reuelatum fuerat iō po
ſuit pſalmū in ordie quinquageſimū. ut ſi 4ᵒ pſal
milē ſui penitentiam diſponeret ad quinq̄
geſſimum remiſſionis annū ſicut precepat
dñs Moyſi leuitici. 25. ſanctificabis mihi leuit. 25.
annū quinquageſſimum. ⁊ uocabis remiſſi
onem cuntis habitatoribus terre. ipſe enim
eſt iubileus ideſt gaudium ꝙ uoce expli iubileᵘˢ
cari non pōt ideo idem David nequiens
tale gaudium exprimē ait beatus uir qui
ſcit iubilationē. figura fuerat ꝙ 50. die pſal.
ab exitu de egipto habuerūt legē d dño
⁊ nos 50. die poſt penitentiā quadrageſi
malem hēmus feſtū ſpiritus ſci quē qui ſen 50. die
tit hs uerum iubilum. ideo David iſtituit
i toto anno iubilei cotidie dici ⁊ cantari
hūc pſalmū quē ꝓpter idē eccl'ia appellauit
pſalmū iubilei ⁊ imponit dicendū peniten pſal. iubi-
tibus ut uere diſpoſiti poſſint indulgentiā lei
⁊ remiſſionem omnium peccatorum reci-
pere. circa ꝙ plura ad ſuauem aie cibum
uidenda ſunt. ut tibi proſit pſallē in hoc
pſal. ſicut David cui in ſpū promiſit deᵘˢ
non tm̄ ſibi ſed oibus ipſum in peniten
tia immitantibus idulgentiam largituꝝ.
❧ Primo mi Leonarde valitudo indul- Primo va
gentie notāda ē. Si ualent Per uerba xp̄i litudo
Mat. 16. dicta petro ⁊ ſucceſſoribus eius Mat. 16.
q̄cunq̄ȝ ſolueris ſuper terram erit iſolutū idulgētie
⁊ in celis. q. d. ꝙ remites in terra ego Tho. i
remittā i celis put pbat Tho. i 4ᵒ ſen. 4ᵒ ſen.
diſ. 20. ar. 3ᵒ ex triplici āt rōe ualēt idl'gē diſ. 20.
tie Primo ex merito paſſiōis xp̄i ⁊ pene ar. 3ᵒ
ſcōꝝ. tm̄ eni fuit meritū xp̄i ꝙ ſufficeret 1ᵒ ex me
ad ifinite pene abſolutionē ſimiliter ſancti rito xp̄i
multo plus ſuſtinuerunt q̄ȝ eorum pecca ſanctoꝝ
ta mererentur ideo maxima habundantia

meritorum christi ⁊ sanctorum factus est theſaurus eccleſie comunis omnibus in ca

2° ex caritate ſuſcipientis

ritate exiſtentibus Secundo ualēt ex caritate ſuſcipientis. cuilibet enim peccato mortali duplex pena debetur ſcilicet eterna ⁊ temporalis prima remittitur per cordis contritionem. vnde ad iſtam penam eternam indulgentie non ordinantur ſecū-

Aleſan. 4. par. ſu.q.290

dum. Alexan. in quarta parte ſum.q. 290. tum quia contritus poſtea remanet obligatus ad penam temporalem ſoluendā in preſenti vita. vel in purgatorio. niſi cordis contritio eſſet tanta ꝙ ſi decedēt ſtatim penitens. euolaret ad celum. tum quia eccleſie ñ cōſtat de q̄titate contrictionis ideo conſueuit penitenti q̄tumcunq; contrito iniungere penitentiam aliquam temporalem. ita ꝙ ad reſiduum pene debite vel in preſenti uel in purgatorio idulgentie hordinantur. Tertio valēt ex po-

3. ex poteſtate pape

teſtate pontificis illas indulgentias inſtituentis. qui applicat merita xp̄i ⁊ ſanctorum. ad iſtum vel illum. ⁊ ſic remiſſionē pene conſequitur uel vicas ſic ſecundum

Alexā.

Alexan. vbi ſupra ꝙ indulgentie ualent Primo ex merito capitis. Secūdo ex merito eccleſiaſtice vnitatis Tertio ex merito proprie contritionis. Primo qꝛ xp̄s pro nobis meruit eo ꝙ penam pro nobis ſuſtinuit ⁊ exponendo ſe periculo pro nobis ſuam penam noſtram fecit. Secundo ſpiritus ſanctus in prophetis ⁊ ſanctis oſtēdit ꝙ recognoſcenti mortem ſuam ad cō-

Tho. ubi ſupra

uerſionē. oīa bona eccl'ie ſuccurrunt. 3°. contritis hoc p Ezechielem promittitur.

¶ Secundo q̄tum valent. R. Tho. in 4° ſentē. di. 20. ar. 3°. ꝙ quatuor conſiderāda ſunt ad hoc intelligendum. Primo ſm aliquos deuotio ſuſcipientis q̄tū. ſ. te diſponis tantum ſuſcipis. Quia ſecundū philoſophum actus actiuorum ſunt in patiēte bene diſpoſito. ⁊ ſic ſecundum menſurā feruoris ⁊ deuotionis erit menſura iubili. Secundo q̄titas dati conſideranda ē ut ñ equaliter habeat indulgentias qui hꝫ multum ⁊ parum offert. Tertio cauſa dantis indulgentias conſideranda eſt. puta q̄ñ indulgentia pro fabrica eccleſie datur. vl' hoſpitalis. qui magis ſubuenit ſecundum facultatem ſuam plus hꝫ de indulgentia

Secūdo q̄tū ualēt quatuor ōſiderāda

1° deuotio ſuſcipiētis

Ariſto.

2° q̄titas dati

3. cauſa dantis

Quarto q̄titas meriti paſſionis xp̄i conſideranda ē. ⁊ eccleſie remittentis. ⁊ ſic ſecundum maiorem applicationem meritorum eccleſie. ad iſtum uel ad illū indulgētie magis ualent ad pene remiſſionem. uñ ibidem concludit. Thomas ueritatem rei ꝙ. indulgentie tantum ualent q̄tum iſte qui dat indulgentias de theſauro eccleſie ideſt de merito chriſti ⁊ ſanctorum diſpēſaut. dummodo quatuor adſint Primo auctoritas in diſpēſante. Secundo caritas in recipiente. Tertio pietas. in cauſa mouente ſcilicet honor dei. ⁊ utilitas eccleſie effectuſq; in opere. ut homo faciat illud ꝙ in bullis continetur petrus uero de tarantaſio in 4° ſen. diſ. 20. ar. 3° dicit ꝙ tantum ualent q̄tum ſanant ſcilicꝫ ut unus annus indulgentie ualeat ꝑ uno anno penitentie ſecundum tamen maiorem ⁊ minorem deuotionem aut feruorem unde. 40. dies magis ualent illi q magis ſe diſpoſuit ad ſuſcipiendum Quarto duratio aliquando ſunt indulgentie ad tempus ſcilicet unius diei. aliq̄ndo ſunt perhennes ut in eccl'ia ſancti Petri rome. in quam quotiens intras. totiens indulgentiam conſequeris.

3. q̄titas meriti

Thomas

quatuor adſint

1. auctoritas

2. caritas

3. pietas

Petrus d' taran.

4. duratio

¶ Tertio quibus ualent. R. Tho. in quarto ſententiarum diſ. 20. ar. 4° ꝙ non ualent exiſtenti in peccato mortali. quia non fit remiſſio pene manente culpa. ⁊ prelatus non poteſt inimicis eccleſie extr̄ eccleſiam theſaurum diſpenſare. quia ſicut ī membris mortuum non ſuſcipit influentiā ex aliis membris uiuis. ſic qui eſt ī peccato mortali quū ſit quaſi membrū mortuum non ſuſcipit indulgentias ex meritis membrorum uiuorum. iō in bullis ſemper fit mentio de contritis ⁊ confeſſis. qui ergo vult fructum indulgentie recipere immunis ſit ab omni peccato mortali ꝑterea tria notanda ſunt ultra hoc Primo facultas in munere quia pauper dans unū denarium totam conſequitur indulgentiam diues uero non quum non deceat ad optam pium tam parum dare ſicut non diceretur rex alicui homini auxilium facere ſi tantum illi obolum daret ſecundum. Tho. in quarto ſenten. diſ. 20. ar. 3° Secundo utilitas conſideranda eſt. ſi qs

3. qb' ualent Tho. in 4° diſ. 20. ar. 4.

3. notāda

1. facl'tas

Thomas

2° utilitas

facit ꝙ iubet͛ meret͛ qdē ſed ſi qs plus face
ret plus mereretur. qꝛ ſicut poſita cauſa
ponit͛ effectus. ſm philoſophū. ita auguſti
tata cauſa augumētatur effectus. Tertio
3° ſublimi tas ſublimitas indulgentiarum. que ualet non tā
tum laicis ſed etiam religioſis. qꝛ nullus ex
bono opere. reportat malum ⁊ non ſolum
valet ille pro quo fiunt. ſed illis qui eas
faciunt. qꝛ eſſet inconueniens diſpenſantē
eſſe inferioris conditionis q̄z illi quibus diſ/
penſatur. licet enim p̄latus non poſſit ſibi
tantum indulgentias facere. pōt tamen uti
indulgentijs quas facit pro alijs. quum ſit
perſona cōis. ſicut enim ſacerdos pro ſe ac
cipit eucbariſtiam q̄z alijs dat. ita ⁊ has
indulgentias. Si ergo petis vtrum pro mor
Thomas ſi pro mortuis ualet tuis poſſint capi indulgētie. R. Thomas
in 4° ſen. diſ. 49. ar. 3° ꝙ ſi indulgētie
ſunt conditionate. vt quicunq3 facit tale bonū
⁊ dat talem elemoſinam uel uiſitat eccleſiā
talem. habet talē indulgentiā. ſic non pōt
transferri in defunctū. ſi ergo indulgentie
exprexerint quicunq3 fecerit tale bonū ip
ſe ⁊ pater eius ⁊ genitrix ⁊ quilib3 aduin
ctus affinitate in purgatorio detentus. ta
lem habebit indulgentiā. tunc prodeſt quia
illi qui ſunt in purgatorio deceſſerunt in
ſtatu gratie ⁊ caritatis. quibus ſuffragia
proſunt. Ego aūt mi L. crederem ⁊ ſua
derem utile fore pro oibus indulgētias de
uote capere. qꝛ ſi nō proderunt indulgētie
proderit tn̄ fides ⁊ deuotio tale bonū fa
cientium. nunq̄3 reddibit bonum uacuum
ad facientē. ſiue ſint in paradiſo ſiue in
inferno ſiue in purgatorio. nullo modo ſi
ne premio. bona ſuo ordine facta ſunt.
Conſulo tn̄ non determino. Vides mi L.
tam me huius iubilei amore raptum ex
ceſſiſſe modum prologi in hoc pſalmo.
rapior ſcripturarum amore ⁊ deſiderio ſalu
tis animarum ad rem ergo noſtram.

## Miſerere mei deus

Quia miſero miſericordia neceſſe eſt. Tu
fons gratiarum ⁊ mare mīſicordie es. Tu
patens unū miſeris aſilum. non iuſtitiam
peto qꝛ laberer in profundum tartari. O
quam dulce v̄bum q̄z ſanctum q̄zq3 utile.
ꝙ demones pellit claudit infernum. para
diſum aperit ⁊ facit de ſuper rorare.

## Secundum magnam Miſericordiam tuā.

Magna quidē miſeria mea eſt. ſed maxima
miſericordia tua. mala eſt infirmitas. Op
tima medela neq3 enim confixus miuſtificatio
nibus meis que nulle ſunt. fundo preces an
te conſpectum tuum. ſed fretus in natatorio
miſericordie tue. Cupio ex hac tēpeſtate
carnis quaſi naufraga ad portum proſpero
ſpiritus ſancti flatu deduci. tua clemen/
tia non meis meritis.

## Et ſecundum multitudinē miſerationū tuarum dele iniquitatē meam.

Sed quis adiciat enarrare
miſericordias eius. 26. q. 6.
cap° his miſericordie dn̄i. nec menſuras canon
poſſumus pon͛. nec tēpora diffinire ⁊ alibi
miſerationes eius ſuper oia opera eius. Jtē
miſericordias dn̄i in eternū cantabo inqd pſal.
Dauid poſt talem miſericordiam receptam
⁊ Virgo glorioſa in cantico. Citharedda Maria
ſpiritus ſancti. Miſericordia inquit eius a virgo
progenie in progenies timentibus eum. Et Zacha
Zacharias. Per uiſcera miſericordie dei rias
noſtri. ad ꝙ oſtendendū xp̄s ſibi cor ape
riri uoluit. ut uideretur amoris nidus in
corde. neq3 enim claui xp̄m in cruce affixū
tenebant. ſed amor ⁊ miſericordia humani
generis. Sed ſi mi L. tibi narrare uellem
que ſit iſta multitudo miſerationū dei aū
hois uita q̄z narratio deficeret in omni eni
etate in omni loco in omniq3 pſona pre/
fulget miſeratio eius. ymo ipſis quoq3 pec miſicor/
catoribus ⁊ rebellibus eius. hanc miſicor dia in dei
dias oſtēdit. Primo q̄ de abreuiando uitā oī etate
ne longior miſeria foret. Secūdo humano p° q̄ de
generi in diluuio. 120. annis illud ad pe 2° hūano
nitentiam expectans ⁊ ſpēz omnem aīantiū generi
in archa reſeruans. Tertio ſodomitis par 3° ſodomi
cere paratus erat. Si decem uiri iuſti in tis
quinq3 ciuitatibus reperirentur. Quarto 4° iudeis
iudeos ſibi ſepius rebelles totiens liberauit
qui occiſis prophetis miſit filiū. q pro ipſis
crucifixoribus oraret quos poſt tn̄ ſcelus

42. annis ad penitentiam tot ſignis ⁊ pro
digijs in ſole luna ſtellis ⁊ cometis. in ter
ra aqua aere ⁊ igne ⁊ cunctis demum crea
tis reuocauit. malens purgare q̃3 extermi
nare. Quam bene Dauid ſilogizat cum do
mino. Magna quidem eſt iniquitas mea
ſed maxima miſeratio tua. quum aũt ſpiri
tus ſanctus maxima ⁊ pia dei opera ad
duceret ante meditationem Dauid ⁊ ipſe
demum uellet illa enarrare. uidens omni
no ſibi deeſſe facultatem ad tantam profun
ditatem unico uerbo quecunq3 uiderat cõ
plectitur dicens. Secundum multitudinem
miſerationum tuaꝝ. Audierat Dauid dñm
reſpondentem angelis quum ipſum. Illi
pſalmus commendabant dicentes. Memento dñe
Dauid ⁊ omnis manſuetudinis eius. Veri
tas mea ⁊ miſericordia mea cum ipſo ⁊ in
nomine meo exaltabitur cornu eius. Vide
quanta ſit penitentie uirtus. ut non hor
ruerit deus. ex Dauid ⁊ Berſabe adulte
ris homicidis penitentibus tamen. ⁊ in con
iugio coniunctis humanam ſumẽ carnem.

## Amplius laua me ab iniquitate mea et a peccato meo munda me.

q. d. Peccaui ſuper multitudinẽ arene maris. uidendo. concupi
ſcendo. celando decipiendo. prodendo. oc
cidendo Vriam cui abſtuleram uxorem ⁊
uiolaueram uolens inducere falſum here
dem. Amplius laua me. ſcilicet quam
petere ſciam. quia non poſſem exprime
re unq̃3 in me quanta ſit macula. Vide quo
modo confitetur magnitudinem ⁊ diutur
macule ueteres nitatem peccati. macule enim in pannis
contracte recenter faciliter pelluntur. in
ueterate uero difficiliter. Iam enim puer
ex adulterio natus erat. ⁊ ipſe interim in
ſaniebat ex amore Berſabe anteq3 Nathã
propheta illum reprehenderet. Ecce quõ
in penitentia Dauid aperit oculos ⁊ uidet
maculas peccatoꝝ ſuoꝝ quas ante non
uidebat. ⁊ nunq̃3 credit ſatis lauari poſſe
ut in priorem albedinem redeat. q. d. deo
cadere quidem per nos poſſumus ⁊ macu
lari. non aũt ſurgere ⁊ ablui. Nõ Dantes
noſter inf. I. Nõ ſine mirabili igenio ponit Dantes.
pietate motas in celo in ſui auxilium. 3. 3. mulie
mulieres. i. tres gratias. preuenientem cõ res ĩ celo
comitantem ⁊ ſubſequentem. quaꝝ prima
ſine nomine gentilis domina appellat. q2
incognitum nobis eſt unde prima illa in
ſpiratio uel cuius merito ueniat. hanc di
cit mouere luciam. q2 tunc lucẽ intellectus
aperimus ad uidendas tenebras in quibus
fueramus. ut nunc facit Dauid. luciam eo
aſſerit mouere beatricem. i. theologiam.
q2 apertis oculis properamus pro medela
ad eccleſiam. ⁊ hanc ultimam dicit moue
re rationem in auxilium noſtri. Huius rei
exemplum in quolibet penitente patet. cõ
cludit ergo Dauid iteꝝ iteꝝq3 rogo. Vt
nihil in me ſordium remaneat. ut tibi men
te ⁊ corpore ſeruare poſſim abſq3 impedi
mento peccati.

## Quoniam iniquitatem meã ego cognoſco et peccatum meũ contra me eſt ſemper

Optimum ſane remediũ. optimaq3 ad ſani
tatem diſpoſitio cognitio ſui. ſm Apollinis cognitio
cõſilium datum Creſo regi. ut ſeipſum co ſui
gnoſceret ⁊ beatus foret. ꝓ cõſilium Chy Apollo
lon. unus ex ſeptẽ ſapientibus. ẽt dedit Chylon
Tales mileſius tantundẽ. ⁊ Scipio afri Tales
canus regi maximiſſe. qñ ſofoniſbã uxorẽ Scipio
Siphacis regis captiui romanoꝝ accepit
in cõiugem. q̃uis longe ante noſter Moy Moyſes
ſes in deutero. dixerit. O homo attẽde
tibi ⁊ ſcito teipſum. q̃uis ẽt multo ante de deus
us hanc ipſam medelam dederit ipſi Ade
poſt peccatũ dicens Adam Adam ubi es
q. d. cognoſce teipſum a quali ſtatu deci
deris ⁊ penitere. Hec oĩa Dauid ĩ feruore
lacbrimaꝝ bullientiũ ad ignẽ ſpiritus ſan ſpiritus
cti intelligebat. q. d. Nunc cognoſco q̃3 ſanctus
malũ ⁊ amaꝝ eſt dereliquiſſe dñm deum Hyere.
fontẽ aque uiue pro potandis tam fetidis
mundi fecibus q3 tanq3 cadauera ſapienti Minos
bus deum ſunt. ſemp peccata mea uideo ⁊ Eacus
horrorem ſentio ⁊ cõtinue a remorſu cõſcie Radaman
affligor. hic eſt ille Minos. Eacus. ⁊ Ra tus

damantus inferni iudex . ut philoſophi ⁊
ↄſcia uates pdicant ſeuior oī pena nocte dieqꝫ
ſuum geſtare pectore teſtē ⁊ occulto uer
Petrus bere ↄſcie cedi . Sic ⁊ Petrus qꝫuis fle
uerit amare ⁊ pepercerit illi dñs . Sēper
tamē ante oculos adſtabat trina illa nega
tio . ut quū in nocte ſentiret gallū nunqꝫ
amplius quieſcē poſſet a lachrimis . ſemper
in ſinu habebat ſudariū lachrimis madidū
Hic eſt uere penitentiū mos . ut nunqꝫ ſa
tiſfeciſſe credāt . nil aliud curant niſi ipſum
deū . cuius offenſa tantū dolet . ut a nullo
nec a ſeipſo exprimi poſſet .

## Tibi ſoli peccaui et malum coram te feci

Populus in deū peccat ⁊ in regē . Rex
aūt in ſolū deū . s . quo ad punitionē . qꝛ
rex ſuperiorē nō habꝫ in populo ad qꝫ ſpectet
Ari. punire illū . Ideo Ariſto . in ſecretis ad
Alexandrū ſcribit ꝙ qñ rex offendit po
pulum . ipſe clamat ad deū qui imittit uen
tum calidū ⁊ diſperdit oē regnū eius . q. d.
hic Dauid nō fugio iudicē accedo reus .
pſal. ueruntamē nō pro iuſtitia . qꝛ ſi iniquitates
obſeruaueris dñe . dñe quis ſuſtinebit . i .
nemo poſſet unqꝫ ſuſtinere ꝙ meretur . ⁊
malū corā te feci . qꝛ oīa nuda ſunt oculis
dīne maieſtatis . Et qꝫuis Urias nō uideret
adulteriū uxoris cū eo uidit tñ deus uide/
exemplū Thayſi runt angeli . Exemplum Tayſi meretricis
conuerſe . ad hoc conuenit .

## Ut iuſtificeris in ſermonibus tuis et uincas quum iudicaris

promiſſio dei ad d'd'
Nota hic ꝙ deus promiſerat Dauid xp̄m
naſciturū de ſemine eius ⁊ regnū eius . s .
Luce p° in xp̄o duraturū in eternum . ut Luce p°
Ait angelus ad Mariā . Dabit illi domin⁹
deus ſedē Dauid patris ſui . ⁊ regnabit in
domo Jacob in eternū . i . in paradiſo in
loco beatorū habebit eternū regnū xp̄s .
Itē promiſerat illi dñs ꝙ filius eius qui
naſceretur hedificaret illi tēplum . quā pro
miſſionē multi dicebāt fruſtratā ⁊ anihilatā
propter homicidiū Urie . Ut ergo uincas
tua miſericordia . hec falſa iudicia iſtorū
qui nō credunt penitentē in priſtinam tui
gratiam redire poſſe . Parce mihi domine
miſerere lachrimarū ⁊ gemituum .

## Ecce. n . in iniquitatibus conceptus ſum .

Miſerere inquā huic fragelitati ↄcepti eni
in peccatis ſumus añ qꝫ peccatores qꝫ nati .

## Et in peccatis ↄcepit me mater mea .

Ab utero matris hāc
miſeriā traximus . nō illas emimus . nobis
ingrata ē . ſicut enī maxima grā . Ade ⁊ Adam ⁊
Eue fuit . Illi ex imaculata terra product Eua
huic ex imaculata coſta . ⁊ Hieremie ⁊ Hiere .
Johāni baptiſte añ ſanctificari quā naſci Johānes
⁊ virgini glorioſe ⁊ humanitatis xp̄i a tan baptiſta
ta labe pſeruari . ita maxia nobis infelicitas Maria
⁊ miſeria añ peccato aſtringi quā naſci . uirgo
Et tu dñe deus miſerator ⁊ miſericors . Xp̄s
tantomagis miſerendi cauſas habes .

## Ecce enim ueritatem dilexiſti .

Tu ſumma ꝟitas men
tiri nō potes . nec fallē
in deū cadit ꝓpter adimplebis ꝙ ꝓmiſiſti .
preſertim quū uera penitentia in priſtinū
ſtatum hominem reducat .

## Incerta et occulta ſapientie tue manifeſtaſti mihi .

q . d . Scio ꝙ facies . qꝛ
diligis me . feciſti me ex
paſtore regē ⁊ ꝓphetas tui intimū ſecre
tarū ꝙ ſignū maxime dilectionis eſt .
reuelaſti mihi inter alia ſaluatorē ex ſemie ꝓphetia
meo naſciturū . Uideo iā illi in hoc future ois Da
rei ſigno aperiendū cor . ⁊ redemptum mū uid de
dum apertū celū . eductuꝝqꝫ de limbo pa xp̄o
tres que oīa impleret niſi peccatū dele
res tāto g° huī generis bono . miſeāris ⁊ tā
i bis ꝟbis in ueheñti ſpū eleuatus Dauid
tanquā ſi adeſſet uirtute ymaginaria pre
deſiderio uidebat ex repſentatione ydearū ydee
meſſie aduentū iam triumphantē in morte
captiuāqꝫ ducentē captiuitatē oſtendentē

iter ⁊ hoſtiū celi pandentē ⁊ ad iudiciū iaꝫ ad reddēda meritis pmia. Vñ in feruoꝛe illo uidens modū quo illū deus ⁊ nos purgaturus eſſet ait.

Forma ſumendi iubilei ſic preuiſa a Dauid

**Aſperges me domine iſopo et mundabor lauabis me et ſuper niuem dealbaboꝛ.**

In Leuitico pcipiebatur leproſus yſopo mūdari. p hoc Dauid fatet[ur] ſe moꝛbo peccati lepꝛoſum. i. vniuerſaliter infirmū fetidū putridū ɔtagioſum ⁊ incurabilē niſi a deo. q. d. oī gnē peccatoꝝ. totus tanqꝫ lepꝛoſus infectus ſuꝫ ⁊ a te ſolo poſſibilis curari yſopo. i. grā tua medicinali qꝛ yſopus herba ē medicinalis ⁊ ſignificat humiles deuotionē i meditationē ſanguinis xpi. vñ hec uirtus exiuit ⁊ ſic ſuper niuē dealbaboꝛ oēm enim albedinē coꝛpoꝛalē ſpūalis excellit. Effundā ſup uos aquā mundā ⁊ mūdabimini ab oibus inquinamētis urīs. Jō Dātes ponit. 9. purgatoꝛij. 3. gradus q ſignificant ɔtritionē ɔfeſſionē ⁊ ſatiſfactionē. ⁊ in pº dicit ſe tm̄ dealbatū ꝙ ſeipſum in nullo ɔtemplatus ē.

Lepra peccati — Ezechielis 33. — Dantes

La uenimo allo ſcagliom pꝛimaro.
biancho marmo era ſi pulito ⁊ terſo.
chi mi ſpechai neſſo qual i paio.

**Auditui meo dabis gaudiū et letitiā** Dauid per hāc priam uidet duo ſe habituꝝ. unū. s. ſpūm ꝓbetandi ⁊ uitandā illā uocationē ſaluatoꝛis in iudicio Mat. 24. Venite benedicti patris mei ex quo dicit gaudiū. s. in ſpū ꝓbetandi ⁊ letitiā inuocatione iuſtoꝝ. Vnde de electis cātat eccleſia letitia ſempiterna ſuper capita eoꝛum.

Mat. 24. — eccleſia

**Exultabūt oſſa humiliata.** i. robur ⁊ uires aīe iam per peccatū depdite per grām tuā reſtaurate. nedū materias gaudij ⁊ letitie ſed exultationis habebūt. qꝛ tāta erit ſua uitas penitētis in deū ut letitia nō inueniens ſibi capacē locū in coꝛde eſt ſaltet ⁊ dilatet[ur] uſqꝫ in celū. petijt ꝙ optat. Nunc remanet ꝙ refugit. ueri eni boni cupiditas oibus inſerta eſt. ⁊ ſummi mali fuga. Jō

**Auerte faciē tuā a peccatis meis et oēs iniquitates meas dele.** Nō aſpicias illa amplius puniēda ⁊ dele ſicut delent[ur] ſcripture de qbus amplius nō curat[ur] Aug. Eo hic ait. Auerte faciē tuā nō a me ſed a peccatis. qꝛ aū faciē meā illa ſemp habeo. niſi eni hō ɔuertat faciē ad peccata ſua cogitando ⁊ ɔterēdo. nō auerteret deus faciē ſuā ad nos qn̄ pꝛopitius eſt. Vt Gñ. 4º Reſpexit deus ad munera Abel. ɔuertit faciē ad peccata. qñ illa punire intēdit. q. d. ergo Dauid Pꝛopitius ſis dñe in delectione peccatoꝝ meoꝝ. ⁊ dicit oēs iniquitates meas. nō ꝙ oia ſcelera fecerit. ſed qꝛ ſic penitens uideri ſolet nullicubi unqꝫ maioꝛem ſe peccatoꝛem extitiſſe.

Aug. — Gñ. 4º

**Cor mundū crea in me deus.** q. d. refunde me iterꝝ de nouo. qꝛ per peccatum ad nihilū deueni. nihil ueteris hois in me remaneat. hoc idē pro ſuis filijs petit eccleſia dicens. Emitte ſpūm tuū ⁊ creabuntur. ⁊ renouabis faciē terre. Duo petit pꝛimo puritatē mētis. ibi coꝛ mundū crea ſicut enīꝫ de nihilo fit res quū creatur. ita de nihilo peccati coꝛ mundat[ur]. Aug. ſuper illo Johānis pº. Sine ipſo factū eſt nihil ait. Peccatū nihil eſt. qꝛ eſt pꝛiuatio rōis ⁊ deoꝛdinatio uoluntatis. ⁊ nihil fiunt hoies quū peccant. s. quantū ad eſſe grē pſal. 72. Ego ad nihilū redactus ſum ⁊ neſciui. petito uero coꝛde mūdo ꝙ eſt uas ad ſpūm ſanctum recipiendū. Secundo petit ipſum ſpiritum ſanctum dicens.

eccleſia — Aug. — Nihil eſt peccatum pſal. 72.

**Et ſpiritū rectum innoua in uiſceribus meis** Rectū dicit qꝛ hacten[us] toꝛtuoſus inceſſerat. innoua qꝛ inueteraui inter oēs inimicos meos. i. uiſcerib[us]

in iteriori corde . nō in ſuperficie tm̄ . nō i labijs q2 i corde libido terrent amoris exarſit

**Ne proicias me a fa cie tua .** q2 quicqd a facie dei pici tur a demone colligit' . eſt cōis modus loquēdi proijci illū poſt terga ideſt nō amplius mihi de illo cura eſt .

¶ **Et ſpiritum ſanctuz tuuz ne auferas a me** More feruēter cupiētis 7 amantis . ideo ſe/ pius repetit 7 petit q̄ habet . 7 q2 ſe tāto munere indignū credit . iaz quaſi nō habe at in perpetuū loquitur . q . d . Ne auferas q̄ dediſti q̄uis imerito .

¶ **Redde mihi letitiam ſalutaris tui .** i . xp̄i quē in ſpū p̄uidebam lumen ad reuelatiōnē gentiū . Jacob ſalu tare inquit tuum expectabo . 7 Symeon Nunc viderunt oculi mei ſalutare tuum .

Jacob Symeon

¶ **Et ſpiritu principali confirma me** Jdeſt ſpū ſan cto principāte 7 ducente cui nō poſſunt oēs aduerſarij reſiſtere . q . d . ɔfirma me quaſi imobilem ne unq̄z amplius pecces . ter nominauit ſpi ritum ſanctū i ablutionē triplicis ſue culpe . cordis lingue 7 operis . Exēplū Lucie imo bilis a ſpū ſancto facte ne mille hoies nec uiginti paria bouū nec magi nec ignis illā loco mouere poſſent firmatā a ſpū ſancto

Exēplū Lucie

¶ **Docebo iniquos uias tuas et impij ad te cō uertentur .** q . d . ecce qd eue/ niet ex hoc 7 quāta bona ſequent' . q2 ex hac mea pnia fructuo ſa ceteri penitere diſcēt . p̄uidebat Dauid uere pſallētes in hoc pſal . Reg2 ſicut ip ſe iubilū habituros . q . d . Uidebunt omnes poſteri regē 7 prophetā p̄latum eccleſie in citharedū ſpūs ſancti q̄uis tam grauiter errauerim p̄pter pniam ut hinc oēs rede undi ſpem habeāt . docebuntur v̄bo meo in pſal . docebuntur 7 exēplo in pnia . Et ſic impij ad te ɔuertentur . Uident peccā tes reſonare in eccleſia dei tantū uerba Dauid adulteri ſuperbi 7 homicide 7 pro ditoris penitētis Dauid . Uident negantem Petrū principē apoſtolo2 factū . perſequu torē Paulū uas electionis 7 lumen fidei . Audiunt crebrius Mathei q̄z cetero2 euā geliſta2 reſonare v̄ba q̄uis uſurarius fue rit . unde hn̄t cauſam fiducie q̄ ipſi quoq3 recipiētur . q2 nō abicit deus peccatores ſed obſtinatos . Hec oīa in ſpiritu p̄uidit 7 p̄ dixit Dauid . Jdeo eccleſia prepoſuit hunc pſalmu3 . 50 . diſpoſitioni ad iubileum . q2 idem ſpiritus ſanctus qui reuelauerat hec ſecreta Dauid reuelauit 7 doctorib9 . Gre gorio Hyeronimo Ambro . 7 Auguſtino .

Quare Dauid in pſal . Matheus i euāgelio

Petrus Paulus eccleſie p̄ponunt'

Grego9 . Hyero . Amb9 Aug .

¶ **Libera me de ſangui nibus deus deus ſalu tis mee .** i . de pena mortis . quā merui propter effuſionē ſanguinis Urie . uel de manibus demonum qui in ſanguine . i . in morte hoīs delectan tur . uel ab manibus Abſalon Achitotel . 7 Semey . qui q̄ſituri erant illum occidē ut patebit in penam homicidij .

Abſalon Achitotel Semey

¶ **Et exaltabit lingua mea iuſtitiam tuam** Juſtitia habuit locū in filio mortuo . 7 in Abſalon . filius eſt de ſubſtātia patris . Et quo ad corpus pater punitur in filio . 7 plus doluit Dauid mortē adulterini filij 7 Abſalon q̄z ipſi . 7 ſic habuit locū iuſtitia 7 miſericordia . q2 fuit punitus 7 nō iuxta merita . nō exterminatus ſed purgatus .

Juſtitia Miſeri cordia

¶ **Dn̄e labia mea aperi es et os meū ānuncia bit laudem tuam .** q . d . non pōt hō imundus te laudare . Munda ergo cor meū ac labia mea . Hoc petit ſacerdos 7 p̄dicator dicturus euangeliū . ſicut labia Yſaie p̄phete calculo mundaſti ignito . Jta me tua gratia dignare mundare . ita

Yſaie

Dauid ne claudas inquit. ſed aperi oꝛa ca nentium te.

¶ **Quoniam ſi uoluiſſes ſacrificium dediſſem**

q. d. paratus erã. ſed nõ diſpoſitus ut tu requiris ad ſacrificandũ tibi. Nõ enim ſunt accepta ſacrificia ſine fide ꝛ deuotione of
Abel ferentiũ. Reſpexit quippe dñs ad Abel di cit p.ᵒ i. ad affectionẽ. ꝛ deinde dicit ad munera eius. q: prius aĩum inſpicit q̃3 donũ nõ quid dones ſed quõ dones inſpicit. ſic
Noe Accepit dñs ſacrificiũ Noe in odoꝛẽ ſua uitatis propter deuotionẽ. q. d. feciſſem debitas expiationes ꝛ debita ſacrificia. ꝑcepta in lege pro peccato meo niſi me in dies didiſſem proniorẽ ad peccatũ ex quo dubitatã te merito mihi magis iraſci. ꝙ tãta criminis labe pollutus ẽt auderẽ ante ꝯſpectũ tuũ accedere. rõ eſt q:

¶ **Sacrificium deo ſpiritus contribulatus**

Qui de doloꝛe gaudeat. ꝛ ſemper doleat ꝙ non ſemper doluerit.

¶ **Coꝛ cõtritum et humiliatum deus non deſpicies.** Lachrimaꝝ fluuio inundatũ coꝛ ꝛ malleo pnĩe in puluerẽ uerſum fragrans ex uniuerſo puluere pigmentarij timoꝛe pene. Deus nõ deſpicies. q. d. hoc eſt ſacrificiũ ꝙ uis ꝙ petis. ad ꝙ celum aperitur. ꝛ ignis deſcẽdit ꝛ rapit in odoꝛẽ ſuauitatis. Prius dicit ꝯtritum. poſtea humiliatum.
Conteri q: prius eſt ꝯteri deinde humiliari. ꝯteri
Humiliari mur in pnĩa. humiliamur in ꝯfeſſione. contritio coꝛdis ẽ ſacrificiũ quo peccata ſoluũ
Origenes tur. Origenes omelia quarta quãto magis inq̄t ꝯpungimur. tãto magis peccatoꝝ uincula relaxãtur. ꝑuidit nr̃m ſacrificãdi modum. Dauid q̃n non in thauris ꝛ hircis. ſed in ſpũ humilitatis ꝛ in aĩo ꝯtrito ſuſcipiendi eſſent penitẽtes. ꝛ ſic futuꝝ ſacrificiũ eoꝝ ut in conſpectu dñi placeret.

¶ **Benigne fac in bona uoluntate tua ſion ut hedificẽtur muri hieruſalẽ.** i. procede mecũ ꝛ cum poſteritate mea. ꝛ cũ omni eccleſia. ſm dulcoꝛẽ miſericoꝛdie tue. Et filius meus ſicut promiſiſti in monte ſyon Hyeruſalem
hedificat tibi tẽplum ex quo hedificetur ciuitas hyeruſalem eterna ex ſyon. i. ex Syon
alta ſpeculatione ꝯtemplationis indeficiẽtis pacis. Syon enim ſpeculatio interpretatur. Hyeruſalẽ ꝟo uiſio pacis. 3. Re. 3. Salomon triplici muro clauſit hyeruſalẽ ꝛ templum. hedificauit in figura eterni templi. in hyeruſalem ſuperna.

¶ **Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitie** i. boni ꝛ ſinceri coꝛdis in cuius figura. 2. Parali. 7ᵒ Ad oꝛationẽ Salomonis deſcẽdit ignis in figura ꝙ ad nos deſcendẽt ſpiritus ſanctus. 2. parali. ſeptimo

¶ **Tũc imponent ſuper altare tuum uitulos**

maioꝛi enim fiducia ſacerdotes ꝛ populos offerebant quũ uiderent ad oꝛationẽ Salomonis gloꝛiã dñi repleuiſſe tẽplum ꝛ reſpõdiſſe oẽs ſe exauditũ qui ſic oꝛauerint. Hic Dauid ꝑuidit uitulũ ſaginatum xp̄m Vitulus
illic offerendũ. ꝛ uitulos. i. martires. ꝛ ex Xp̄s
illius iſtoꝛumq3 ſanguine. eccleſiã habituꝝ Vituli
theſauꝝ indulgentiaꝝ. qui ad mile redimẽ martires
dos mũdos ſufficeret. que Dauid preuidit ꝛ eccleſia Preponit nobis in hoc pſal. 40. Verã diſpoſitionẽ ad indulgentiã ꝛ iubilũ ſi uere dixerimus hunc pſalmũ pſallendo. iungendo ſenſum verbis affectũ ſenſui ꝛ affectui exultationẽ. Et ſic in iubilo maximo de his erimus ad quos merito poſſit dicẽ Dauid. Beati uiri qui ſciunt iubilationẽ.

¶ Pſalmus quintus penitentialis. in oꝛdine pſalmoꝛum. 101.

**Domine exaudi ora tionem meam.** Tria mo re ſolito circa pſa'mū uidenda ſunt. Primo titulus Secūdo cauſa. Tertio uirtus pſalmi.

Primo titulus ¶ Primo titulus eſt oratio pauperis quū anxiaretur. 7 corā deo effuderit eloquium ſuum. Primo oratio pius aſcenſus eſt. 7 eleuatio mētis in deū. pauperis. s. Dauid peccatoris qui ditiſſimum theſaurꝝ ſpiritus ſancti admiſerat ex peccato. nulle maiores diuitie. nulli theſauri q̄ʒ ſpiritus ſancti

Oratio heredes fieri. vel oratio pauperis ſpiritu qui quū humillimus 7 pauperimus appareat ditiſſimus eſt. quū anxiaretur. q2 nūq̄ʒ ſatiſfeciſſe penitēti viſum eſt. hinc tantas legimus aſperimas penitētias. q2 veri penitentes uellent in dies duriora pati. Et ſic in gemitu maximo corā deo effudit eloquiū dulce 7 amarꝝ. dulce q2 nunq̄ʒ ſine aliq̄ parte refugerij uera pnia eſt. 7 amara q2 cotidie nouos ſibi cruciatus adinueniunt

2ª cauſa ¶ Secundo cauſa quare factus ſit hic pſalmꝰ dicit a rabi Samuele ꝙ fuit captiuitas populi yſrael captiuati ſub Nabucdonoſor. vel ſb Antiocho illuſtri. cupiētis aduentū meſſie. qui liberet eos. 7 tēplum reedificet. ubi quanto plus affligebatur tanto magis clamabat. Ego aūt dico Dauid feciſſe hunc pſalmū pro eadē materia cupientē. Liberari a ſeruitute babillonie. i. cōfuſſionis peccatorꝝ in qº clamat ad redēptorē meſſiā prout patres ſub captiuitate illa pro peccatis ſuis clamabant. cōuenit ergo hic pſal. yſrael Dauid. 7 nobis ſub captiuitate poſitis in babillone. i. cōfuſſione peccatorꝝ.

3º uirtus ¶ Tertio uirtus pſal. maxima cōfert enim ut preuidit Dauid 7 oſtendit ad liberationes ſeruitutis ad impetrationē gratie. 7 cōſequutionem glorie. ut patebit in locis ſuis. Illuminat enim hic pſalmus. dirigit. ducit. regit. comitatur 7 ad finē uſq̄ʒ felicitatis deducit ſi deuote in eo pſallueris.

¶ **Dn̄e exaudi orationē meam** Ideo ſentit propheta ſe a ſpū raptum eleuatūq̄ʒ. Ideo maiori fiducia petit.

¶ **Et clamor meus ad te ueniat.** Impulſu deſideriorꝝ labijs clauſis corde 7 mente clamo. ſic pueri in tēplo clamabant Et duo ſeraphim Yſaie. 6. Clamabant alter ad alterū. Sanctus ſanctus ſanctus zc̄. Sic Cananea clamabat pꝰ xp̄m. Sic in euāgelio. Marcella marthe diſcipula extollens uocē. Alibi Dauid. Clamaui in toto corde meo exaudi me dn̄e. Et iam ſentiens ſe exauditum. orat pro futuro Yſaie 6. Cananea Dauid

¶ **Ne auertas faciem tuam a me** Tanq̄ʒ offenſus nolue erga me ſerenitatem uultus tui. cōuertit deus faciē ad nos. qū propitius ē auertit a nobis ꝓpter peccata nr̄a. dereliquit uel petit in nūo ſaluandorꝝ i iudicio poni. qbus cōuertet deus faciē ſuā 7 nō reꝓborꝝ qbus illā in eternū auertet Iudicium

¶ **In quacunq̄ʒ die tribulor inclina ad me aurem tuā** Cupio tribulari 7 pati ꝓ te. ſed q2 hūe uires deficiunt. quū nō amplius potero. clamabo ad te ſicut tres pueri in fornace clamauerunt ad dn̄m qui inclinauit aures. i. exaudiuit 7 fecit fornacis incēdiū quaſi uētum roris flantē. ſic Nabrae. ſic Laurētio clamāti in igne carbones refugerium pſtabāt. ſic clamāti Stephano lapides torrentis dulces fuerunt. Tres pueri Nabraas Laurētiꝰ

¶ **In quacunq̄ʒ die inuocauero te uelociter exaudi me** Ne tardes quū clamauero. q2 ſufferā quātū potero 7 ultra q̄ʒ potero periculū in mora eſt. niſi tu manū porrexeris adiutricē. ne ſies 70. ānis ꝑut feciſti patribus i babillone anq̄ʒ exaudias decē ꝓpter decalogi tranſgreſſionē. ſeptē uero ꝓpter ſeptem peccata mortalia. i. propter uniuerſitatē peccatorꝝ que cōmiſſerant. 70. anni captiuitatis

¶ **Qr defecerunt ſicut fumus dies mei** ideſt ui cini 7 ꝓpinqui ſunt defectui. uidebat populus in

ſllo tribulationis põdere cotidie minui ⁊ to
taliter deſtrui legẽ dei . ita ut cito euane
ſceret ois yſrael in fumum . ita ꝙ iuſtoꝝ
oculi vidẽtes hoc deficiebãt ꝑ lachꝛimis.
languebat coꝛ ⁊ oẽ coꝛpus ꝑ doloꝛe aie .
Sic dauid ⁊ ceteri penitẽtes vident dies
ſupbie noſtre ⁊ uoluptatis que euanuit.
nondum incepta ⁊ dolent.

**¶Et oſſa mea ſicut gre**
Gremius **miũ aruerunt** Gremium dr a gremo. as. ⁊
eſt illud ꝙ i ſartagine remanet de fuxio
ne. Iudei eni nolẽtes dimittẽ cultũ ſuum
cremabãtur ab illis ydolatris caldeis in ſar
taginibus ⁊ aliis q̃s plurimis mõis afflige
banť. ⁊ dauid ⁊ tu peccatoꝛ tãq̃s in ſartagi
ne in oleo libidinis de quo queris. iõ tibi ⁊
illi ſicut iudeis hec omnia ↄuenuint.

**¶Percuſſus ſum ut fe**
**num et aruit coꝛ meũ**
Deficiebat eni yſrael ab eſtu tribulationis.
ſicut fenũ a ſole ſiccatur. aliq nãli moꝛte
aliq violẽtia. aliqui trãſeũtes ad ritũ gẽtili
p° macha i. um p° Macha .i. ſic dauid ⁊ ceteri pcuſſi
ab eſtu libidinis ſiccati ſunt ab oi humoꝛe
deuotionis tanq̃s ab omni ui roꝛe.

**¶Oꝛ oblitus ſuz come**
**dere panẽ meũ** Tantũ affli cti ſunt ꝙ nõ
recoꝛdabanť comedẽ. Multi eni de populo
iudeoꝝ fugerũt ad loca deſ'ta in quib⁹ nõ
habuerunt panẽ ad comedẽdũ. obliti ꝓpter
z.ma.6. uelocitatẽ fuge poꝛtare. z. macha. 6. Tu q°q̃s
cũ dauid oblitus es comedẽ panẽ angeloꝝ
Iudas oẽm ſuauitatẽ hñtem ſicut Iudas. Tunc
Machabe⁹ ſeceſſit in deſ'tũ locũ ubi inter
feras in montibus cum ſuis uitã agebat ⁊
ↄtinuo utebať ꝓ cibo feno . ⁊ radicibus ⁊
gemitu ⁊ clamoꝛe ad deũ . uel dic ꝙ tãtũ
a feruoꝛe pnie rapiebãtur . ut cibi obliuiſce
renť . ſic tu talẽ pniam age ut oium aliaꝝ
reꝝ immemoꝛ fias . ut aium ſolum paſcas

**¶A uoce geitus mei ad**
**eſit os meũ carni mee**
i. cuti ſm hyero. qꝛ ꝑ macredine ſubtiliata
catoꝛ eſt ⁊ uiſa ſunt magis oſſa adherẽ cuti .
ut de ſe hyero. ſcribit ad Pau. ⁊ heu . nuda
uix hũi oſſa herẽtia collidebã . hoc idẽ pec
catoꝛi euenit ſpũaliter q° ad aiam . qꝛ ſolitũ
robur illi⁹ tã deficit ⁊ nõ hꝫ in q° ↄſiſtat .

**¶Similis factus ſum pel**
**licano ſolitudinis.**
Qui paſcitur uenenatis aĩalibus . ut . z .
ueneno peccatoꝝ . q̃s pulchꝛa ↄparatio pel
licani ẽ ad penitẽtẽ qui ut aiunt Ariſto . Ariſto.
Plinius ⁊ Albtus magnus de naturis aĩa Plinius
liũ p tres dies filios ploꝛat moꝛtuos ⁊ in 3° Albertus
doloꝛis ĩpatiens tãtũ roſtꝛo ſibi pectus per
cutit ꝙ ex fluxu recẽtis fluẽtiſq̃s ſanguine
a coꝛde filii reuiuiſcũt. Iõ figurat xp̃m ⁊
ſupꝛa crucẽ i nido pingiť q ſumpſit uenenũ
⁊ amaritudinẽ doloꝝ nr̃oꝝ ⁊ qꝛ ſaluatoꝛ
in die tertio. i. i tp̃e grẽ poſt pꝛimũ aĩẽ
tp̃is nẽ. ⁊ p⁹ ſm tp̃is legis ꝑ amoꝛe magni
tudine tm̃ ſibi pcuſſit coꝛ ꝙ ſanguis in 3. tẽpoꝛa
ſalutẽ filioꝝ totius .s. hũi generis emana Nature
uit. ſic quilꝫ penitẽs ut dauid efficiť pelli Legis
canus trib⁹ diebus pcutiens . p° coꝛ . z° lin Gratie
gua . 3° opus . p° q̃ geſſit ↄtra deũ . z° ↄ̃
proximũ . 3° ↄ̃ ſeipſum . p° q̃ i adoleſcẽtia
z° q̃ in iuuẽtute . 3° que in ſenectute .

**¶Factus ſum ſicut no**
**cticoꝛax i domicilio**
Sicut ueſptilio iter parietes ↄpere nõ audẽs Veſptilio
ſic penitẽs . tã publicanus in tẽplo nõ audẽs
oculos eleuare ad celũ . ſed pcutiens ſen p
pectus ſuũ dicẽs deus ꝓpitius eſto mihi
peccatoꝛi . ſic Taiſi meretrix nõ audebat Taiſi
oculos eleuare nec deũ noiare . ſed pꝛona
i terra aiebat q plaſmaſti me miſere mei .
Ideo Paulus ſimplex uidit illi paratum
lectum a tribus uirginibus in celo .

**¶Vigilaui et factus ſũ**
**ſicut paſſer ſolitarius**
**in tecto** Auis ẽ multũ pcauens i ſidias . ut hic penitẽs doꝛ
mire aut ullã quietẽ capere negens ꝑ dolo
re peccatoꝝ meoꝝ memoꝛ captiui populi
in babillonia faciẽtis hoc idẽ . ꝓ gemitu ⁊ fle
tu . nullã amplius ſocietatẽ hoĩus retinens

mihimet irat⁹ 7 rigid⁹ ut te ſolū iueīre poſſē

**Tota die exprobabāt mihi inimici mei** quū eſſz popul⁹ i captiuitate irridebāt ab inimicis dicētib⁹ ite

Iurare caldeoꝝ nunc ubi ē deus yſrael q liberet nos o iudei 7 ſic pctōribus inſultant demōes uictorioſi.

**Et qui laudabāt me aduerſū me iurabāt** Ironice inimici laudabāt cultū hebreoꝝ 7 quū iurare nolebāt dicere ſoliti erāt. ſi nō fecero hoc eueniat mihi ſicut populo iu deoꝝ ꝓ exemplo. n. eoꝝ miſeriā ponebāt quaſi nunqȝ tāta fuerit uiſa calamitas. ſic demōes aduerſum te iurāt iteritū 7 obſer uant ut preuiderat dauid. euenit ergo hic pſalmus illis dauid 7 tibi.

**Qꝛ cinerē tāqȝ panē manducabam** populus in captiuitate. paꝝ hñs de farina coquebat ſub cinere 7 ſimul ꝓ fame icineratā paſtas comedebāt 7 i corticem lauabāt ſicqȝ dauid 7 uere pe nitētes cinerē comedunt. i. memoria mor tis tanqȝ cibo alūtur i uitā eternā. iō ec cleſia ponit i capitibus cinerē qſi hec maxi

Cinis ma ſit pnie cā aſſidua mortis meditatio. qȝ

Plato Plato ponit iter maxīas phoꝝ laudes.

**Et poculum meum cum fletu miſcebam**

Pſal. de illis dr̄ i pſal. ſup flumina babilonis illic ſe dimus 7 fleuim⁹ dū recordaremur tui ſyō.

Cōtritio de dauid 7 nr̄i pnia dr̄. lacrime mee pa nes die ac nocte 7 lacrimis ſtraui lectulū meū 7 poculū meū cū fletu miſcebā. i. nō minus lacrimaꝝ ab oculis qȝ uini a cratere fundebatur. defecerūt ꝓ lacrimis pſſi cordis a dolore oculi mei. hic docent̄ penitētes quō ſordes pctōrum abluere habeant.

**A facie indignatiōis tue** iō plorabāt illi plorabā ego peniten teſqȝ plorēt qꝛ meremur irā idignati

i°. Macha. ōis tue ut de iudeis i°. Macha. i°. dr̄ facta ē ira magna ſuper populum ualde.

**Qꝛ eleuans allixiſti me** merito quū me extuleris 7 igratus Ingrati

extiterī deieciſti me ſic lucifer in deiecti

grat⁹ dicit̄ ſic Adā ſic Amā ſic Saul Lucifer

ſic īfiniti gētiles Alexāder magn⁹ Anibal Adam

Mitridates rex pōti. Cirus q ait oia rḡna Amā

mūdi dedit mihi de⁹ celi. l' allixiſti me ad Saul

petrā. i. xp̄m ut Hiero. ad pau. 7 hen. Alexander

ait qꝛ īpoſſibile ē in ſenſum homis nō irruē

motū ꝓ medullaꝝ calore ille tū laudat̄ ille Anibal

ꝑdicat̄ beatus q ſtati ut cepit cogitare i Cirus

terficit cogitat⁹ 7 allidit eos ad petrā. ſic fe Mitridates

cit Magda. ſic Hiero. ad yhu iacebā pe dˀs lacrimis rigabā crine t̄gebā ebdomodaꝝ iedia ſubiugabā ſic 7 tibi faciūdū eſt.

**Dies mei ſicut ūbra declinauerunt et ego ſicut fenū arui** h° idē Yſa. ois caro fe

nū zc. h° Iob hō natus d muliere breui ui Yſa.

uēs tp̄e replet̄ mł'tis miſerijs q quaſi flos Iob

egredit̄ 7 coteritur 7 fugit uelut ūbra 7 ſic cat̄ aliqñ ab eſtu mūdane uoluptatis ois ei⁹ deuotiōis humor tāquā fenū ab eſtu ſo lis aret g° peccator tāqȝ fenū ſine rore gr̄e 7 ſine ullo deuotiōis humore 7 ad nihilūz tāquā ūbra redigit̄. iō pctūs dr̄ nihil qꝛ ho minē anihilat. vñ 7 defectus dr̄ qꝛ homi nes oio a ſuo eſſe deficere facit.

**Tu āt dñe i eternuz permanes** nūc oſtēſa captiui popl'i 7 ſui miſeria

implorat auxilium trīa oſtēdens qꝛ ipe Xp̄s

de⁹ poſſit uelit 7 debeat. q. d. nihil reſtat ꝓpt̄ qꝛ ñ exaudias 7 ifundas i hñ diſpoſi

tū grās 7 formā i materiam. faciliter. n. Ariſto.

Actus actiuoꝝ iprimūtur i patientē bene

diſpoſitū ſ̄m phm. uoluit ſ̄monē ad meſſiā Patrum

redēptorē quē pudebat i ſpū dicēs quāuis i limbo

ego uelut ūbra declinē 7 morā uinā tū in oratio

te q i eternū pmanes. q. d. obſecro quū fue ro i libo ut uenias tu oīpotēs libare me.

**et memoriale tuū in gnātiōe 7 generatiōe** uideo te uentuꝝ i ſantis mirabilibus ut

*Paſſio xpi*

a nulla unquaꝫ hoium memoria labaris hoc redemptionis opus erit ceteroꝝ oiuꝫ memoriale ad eleuandam eccleſiā tuam a miſeria in felicitatem eternam. ideo Dauid alibi memoria memor ero ⁊ tabeſcet i me ſpiritus meus. i tanta diuinarum gratiaꝝ

*Pſal.*

ubertate in paſſione tua ſanctiſſima. Za/

*Zacharias*

charias ad faciendā miſericordiā cū patrib⁹ noſtris ⁊ memorali teſtamenti ſui ſancti.

**¶ Tu exurgens miſereberis ſion** a mortuis de morte triūphans. miſereberis ſyon. i. eccleſie in alto poſite ⁊ a lon

*Reſurrectio*

ge futuram gloriam contemplantis loquit' propheta hūo more. quia pro peccantibus uidetur quaſi dormire deus quū ñ occurrat i auxilium. pro penitentibus uidetur quaſi exurgere ⁊ iuuare. re tamen uera niſi dominus cuſtodierit ciuitateꝫ fruſtra uigilat qui cuſtodit eam. hanc exultationē pdixit

*Pſal. Zacharias. 9. Simeō. Anna Maria*

Zacharias. 9. exulta ſatis filia ſyon iubila filia hyeruſalem. ecce rex tuus uenit tibi iuſt⁹ ⁊ ſaluator. hanc Simeon accepit a ſpiritu ſancto. non uiſurū ſe mortem niſi uideret xp̄m dn̄i. ⁊ ſic in ſyon cū Maria cū Joſeph ⁊ Anna phanuelis ſenſit in ſpirituali illa exultatione quomodo miſer/tum ſit ſyon. i. ſpeculanti.

**¶ Quia tempus miſerēdi eius quia uenit tempus** duo tempora miſerendi primū tempus icarnationis quando per uiſcera miſericordie dei nr̄i

*duo miſericordie tp̄a*

uiſitati ſumus ex alto. magna quidē miſe/ricordia i ſtatu p⁹ nature oſteſa eſt. maior i ſtatu legis ⁊ pphetaꝝ. ſed maxia i ſtatu grē. qꝛ uenit vbū plenus grē miſericordie ⁊ ueritatis Secūdū tp̄s miſericordie i pnia ē. iō Dauid duplex aſſerit miſericordie tp̄s qꝛ tertiū. ſ. i iudicio erit tp̄s iuſtitie. iō ce

*Celi apti*

los aptos legimus i aduētu ihū i iordane. ⁊ i Apo. Johi pñitēti ⁊ Stephāo patiēti.

**¶ Quoniā placuerunt ſeruis tuis lapides eius** hic gaudet ppheta intelligēs pfectum incarnationis chriſti i edificio ſpūali. ſ. petrā xp̄m. p prios lapides aplos ⁊ diſcipulos q cōſtruxerūt ecclīā

*Apli*

apo. ulti⁹ pau. ro. ſup hedificati. ſ. fundamētū aploꝝ ⁊ pphetaꝝ. tales lapides tales apli ⁊ diſcipuli placuerūt ſuis dei diuerſis gētilibus ⁊ iudeis ad fidē. 3. milia i die pētecoſtē alias. 4. milia alias. 14. milia al'. 20. milia ab ādrea a paulo totus fere orbis. qñ i oēm terrā exiuit ſonus eoꝝ Zacharias. 9. h⁹ pdi

*Zacharias. 9.*

xerat lapides ſci eleuabuntur ſup terrā.

**¶ Et terre eius miſerebuntur** qꝛ deus miſtus terre. i. terrenis hoibus effudit de ſpū ſuo ſup oēs carnē ⁊ ambroſia ⁊ nectā ſpūs ſci ubiqꝫ diffuſa ſūt ī liguis igneis ignita vba ignita effecerūt corda ñ hētia reqē ſed clamantia die ac nocte Scūs ſcūs ſcūs oſanna i excelſis ſalua nos o glorioſe de⁹.

**¶ Et timebunt gentes nomen tuū domie ⁊ oēs reges terre gloriā tuam** gentiles uiſa miraculis qꝛ in nomie yhu oē genu flectebatur. celeſtiū terreſtium ⁊ infernoꝝ qꝛ alibi Dauid pſal. pdicit a ſolis

*Pſal.*

ortu uſqꝫ ad occaſum laudabile nom̄ dn̄i ⁊ omnes reges terre gloriaꝫ tuam. tres magi

*Tres magi*

inceperunt ſtare in monte uictoriali uiā ſtella in qua fulgebat xp̄s uel uirgo glo/rioſa xp̄m i ſinu tenens. ut etiam Optatiano apparuit. q̄uis alij angelum Gabrielē dixerint fuiſſe. alij ſpiritum ſanctum alij crucem. Alij ſtellam de nouo formatam que omnia ſimul conueniunt. quia in tan/ti regis aduentu omnis curia comitata eſt. Alij Johannem baptiſtam fuiſſe uolunt.

*ſtella magoꝝ*

Ego autem credo fuiſſe veſum cum omni celeſti baronia qui omnipotentia diuinitatis ſue totum replebat orbem. ideo tanta eius claritas a caligantibus oculis uideri non potuit. ideo ultra aliaꝝ ſtellaꝝ ui ipſum quoqꝫ intellectū illumiabat. qꝛ remo

*Planete*

tiſſima manifeſtauit. que reſplenduit non modo apud nos ſed apud inferos ⁊ ſupos que influebat ad felicitatem pluſqꝫ ſtella Jouis ad eloqñtiā pluſqꝫ Mercurius. ad amorē pluſqꝫ uenus ⁊ magnanimitatē pluſqꝫ Mars

Optauian⁹. ergo hij tres reges ⁊ ceteri ui ſis tot mirabilibus timuerūt ⁊ uenerati ſunt gloriam dei.

¶ Quia edificauit dn̄s ſion quando in monte ſyon in tēplo xp̄s oblatus ē ubi docuit ſanauit ⁊ p̄dicauit. tūc cepit hec eccl'ia militās hedi ficari in ſyon. i. i alta ſpeculatiōe p̄ſertim qn̄ miſit ſpm̄ ſcm̄ i apoſtolos ⁊ diſcipu los q. 120. erāt. ⁊ qn̄ ad voces Petri de ſcēdit ſp̄s ſcūs ſuper oēs q audiebāt v̄bū numero. 3. milia.

Spiritus ſanctus

¶ Et uidebitur in gloria ſua ibi. n. a pueris ⁊ oī popu lo cantātibus oſanna uiſa ē figura glorie eius ⁊ i tabor i trāſfigu ratione ⁊ illic p̄pe i mōte oliueti ubi aſcē dit i celū. ubi iterū uidebitur i iudicio. hic p̄uidit Dauid q̄ i mōte ſyon. i. i alta me ditatiōe ⁊ ↄtemplatiōe poſſit uideri deus.

pueri

¶ Reſpexit i oratione humiliū et n̄ ſpreuit preces eorū reſpexit ad hūiles preces ⁊ ſuſpiria ſanctorū patrū exiſtentiū i limbo ⁊ iuſto rū i mūdo. ut Symeonis iuſti ⁊ Zacha rie q tā feruēter grãs deo egit i pſal. Bn̄ dictus dn̄s deus yſrael q᷑ uiſitauit ⁊ fecit redēptionē plebis ſue. qd retulerim q̄ſtum patres i libo exultauerīt. lege tu i q̄drageſi mali nr̄o i ſabbato ſcō. ⁊ mirāda itelliges.

Patres limbi
Zacharias
Symeō

¶ Scribantur hec in generatione altera p euāgeliſtas. n. ⁊ ap̄los eterne memorie oia h̄ tradita ſunt. q̄ lōge an̄ fuerat p̄ui ſum p Ezechielē ⁊ Zachariā ⁊ ceteros p̄ phetas. q᷑ tm̄ redēptionis hūc bn̄ficiū ha ud unq̄ᷣ obliuioni tradendū eſt.

Euāgeliſte

¶ Et populus qui creabitur laudabit dn̄m .i. gētiles regenerati ⁊ q̄i creati. i. de nouo ⁊ nihilo facti. quū p̄pter pctū omnino nihil eſ ſent i eſſe. ſ. ſp̄uali. iō Petrus i canonica ait bn̄dict⁹ deus ⁊ p̄r dn̄i nr̄i yhu xp̄i q ſᷣ magnā miſericordiā ſuā regenerauit nos i ſpem uiuā ex quo cām ⁊ materiā ſemper habemus laudandi deum.

Gētiles

¶ Quia proſpexit de excelſo ſcō ſuo dominus de celo i terram aſpexit uidit pietatis oculis miſeriā nr̄am. audiuit clamorē ⁊ de ſcēdit i terrā liberare nos. ubi Aug. ama amorē illius q deſcēdit ↄiungere lumē ſue eternitatis limo tue mortalitatis ſe humiliā do te ſublimando. quare g° miſer hō erigi ⁊ ſublimari nolit.

Aug.

¶ Ut audiret gemitus cōpeditorum .i. patrū de tentorū i lim bo a demone ⁊ ut ſoluēt te a uiculis pctōrū i quibus debitor eterne pene eras iō ſeq̄.

¶ Et ſolueret filios itemptorum .i. gētiliū mortuo rū i infidelitate ſua. iō eccl'ia clamat i pſal. dirupiſti uincula mea. i. nexus īfidelitatis ⁊ catenas pctōrū. q̄ta extitit miſericordia dei q q̄uis nr̄i pa tres p̄pter ſcelera ſua pierīt nos tū voluit viſitare redimē i cruce lauare i baptiſmo. ⁊ ſaluare i gl'ia. o q̄ᷣ illi obligati ſumus.

Pſal.

¶ Ut ānunciēt i ſion nomē domini et laudē eius in hieruſalē q᷑ gētiles ⁊ iudei xp̄iani effecti diuina illa dulcedine inebriati ad ubera yhu dulciora ſuper mel ⁊ fauum rapiebantur in amorem diuine laudis. ⁊ die ac nocte erant in tē plo. teſte Johanne in apo. ⁊ ſic in hieru ſalem ideſt in uiſione illa pacis laudabant deum. ⁊ i ſyon ideſt i tēplo ānuntiabāt ⁊ predicabant diuinū illud ſpiritus ſci nec tar. quorū primus Petrus adducens teſti monium Joelis Effundā de ſpū meo ſup omnem carnem. ſic mi. Leonarde Dauid

Joel

h oīa uidens iā ī salutē nr̄am exultabat h°
quoqʒ tā amplū tam magnificū tāqʒ oībus
seculis admirandū celebrandumqʒ sine pa-
ri templū ī honorē diui Ambrosij tibi sic
syon. ubi ex deuotiōe ɔtinua canēdo ferue
as. tu illic hordinarius ⁊ canonicus. illic
fabrice oparius ⁊ deputatus ɔtemplare tā-
qʒ ī syon .i. ī alta mētis speculatiōe ī Scūʒ
illic saluatoris clauū sanguineū mētis ocu
*Clauus xpi* los eleua mirabiliter rome a glorioso Am
brosio ductu angeli īuentum. quē quū aspi
tio liquefieri p diuina dulcedine cor sentio.
Ego quoqʒ a longis partibus nr̄ū syon
alterū Salomonis tēplū admirari neni ubi
docens legens ⁊ predicās felici spū sancti
flatu duci uideor.

# In conueniendo populos in unum

qꝛ ex oībus mū-
di partibus cōuenerūt unanimiter ī eccl'iā
ut figurauit xp̄s ī captura piscīū. 153.
*Pisces 153.* ex oībus generibus q̄ sunt ī mari. qꝛ pisca
tores futuri erāt ex oībus hominibus mūdi.

# Et reges ut seruiant domino

ut uidimus per Magos
p Octauianū Adrianū
Alexandrū Seuerū Constātinū duce sil
*īperatores* uestro. ⁊ thedosū duce Ambrosio. ⁊ cete
ros cesares xp̄ianos. q̄suis .n. fm̄ Sale.
*Sale.* nō dubitauerit apud romanos ydolatras sa
*Constātinus* cris īperia fuire nō tn̄ eo feruore q° m̄lti
*rex marsilie* reges deposito diademate fuerūt xp̄o. exē
plū regis marsilie ad predicationem sancte
Marie magdalene.

# Respondit ei in uia uirtutis sue

hic ꝓuidet Da-
uid futurā tribu
latiōnē ecclesie tp̄e āxp̄i ⁊ loqtur de p
*Aāxp̄s* terito p modū futuri more ꝓphetaꝝ ꝓpter
certitudinē ꝓphetie. ⁊ petit certiorē reddi
*Mat.24.* de tēpore illo qn̄ Mat. 20. erit tribulatio
talis q̄ nō fuit ab initio usqʒ tūc. qꝛ mira-
cula ferūt q̄ ꝓuidēt. ⁊ hoc petit ī uia
uirtutis sue. i. ī ipatientie dicens.

# Paucitatem dierum meorū nuntia mihi

ꝓuidebat ubꝫ doctuꝝ erūt signa ī sole ⁊ lūa
⁊ stellis ⁊ Mat. 24. quū uiderit abhomi
natiōeʒ .i. āxp̄m. tūc fugite ubi ꝓdicit ali
qua signa q̄ tūc uidebunt ut xp̄iani ꝓpa
rētur ɔt tot mala ne labātur qꝛ addit ꝙ
nisi fuissent breuiati dies illi ipsis q°qʒ scis
īminēt piculū ruine ibi dr̄. ue ꝓgnātibus ⁊
nutriētibus .i. ꝓssis pōdere aliquo pctōꝝ
īceptis ad fugā. ⁊ orādū suadet ne fiat fu
ga hyeme ł sabbato .i. tp̄e ad fugā icōgruo.
stati aūt p° tribulationē dieꝝ illoꝝ sol ob
scurabit lūa ñ dabit lum̄ suū ⁊ stelle cadēt
de celo idest uidebit oīs mundi machina
ruere. ideo orat.

# Ne reuoces me ī dimidio dierum meoꝝ

ꝓpheta ī psona eccl'ie uidēs tūc fore q exi
stimēt oīo eccl'iam debere finire orat nō
anihilari oīo aū mūdi terminū. iō marci ul *Marci ultimo*
timo huic orōni xp̄s. R. Ego sum uobis
cū usqʒ ad cōsumationē mūdi.

# In generatione et generatione anni tui

idest q̄suis nos de eccl'ia mortales sim⁹ tn̄
oro ut eccl'ia sit eterna ꝓut āni tui eter
ni sunt ⁊ q̄suis h° sit maximū eccl'ie tue
tn̄ potētie minimū qd erit. Nūc aūt cir-
ca āxp̄m. cuius ꝓba meminit aliqua *Prio āxp̄i conceptio*
notāda sunt ad declarationeʒ supra dicte
cladis ⁊ calamitatis. Prio āxp̄i ɔceptio. ex
seminibus parētū ut nos ɔcipiet sʒ statis
descēdet spūs malignus ī uterū m̄ris. cui⁹
uirtute ⁊ opatiōe Puer Nascet. Aletur.
Adolecet. ꝓpter ꝙ filius pditiōis uocabit.
Nascetur in Babillōe de tribu dan. p⁹ hec
ueniet ī hyerusalē ⁊ circūcidet se dicēs iu
deis se xp̄m ēē. ⁊ iudei illū seqʒtur. āge-
lus p° dabit ei bon⁹ ad custodiam. sʒ post
q̄ʒ se deū faciet deseret illum āgelus ad
ꝓtectionem ñ aūt ad accusationē. Secūdo *2° uita*
uita ei⁹. ypocrita .n. ⁊ luxuriosus erit Dañ. *irita*
2° itē supbus Dañ. 8. ɔt pricipē principum *Dañ 2°*
ɔsurget .i. ɔt dm̄. nec putabit se puniēdū p *Dañ. 8.*
pter dilationē iudicij psal. auferant iudicia *Psal.*
tua a facie eius. Blasfemus Apo. 12. ad *Apo. 12.*
uersus dm̄ deoꝝ loquetur. faciet ymaginē

ſuã adorari 7 ipſimet caracterẽ in frontibus iudei rebedificabunt templũ illi · in ãnxpo
z · nẽ in ãnxpo — uue nẽ erũt diabolica 7 bũa 7 plenitudo oĩs iqtatis i illo erit 7 qcqd mali excogitari põt.
3° modus q° decipiet — Tertio mõi qb⁹ decipiet. ℙ° pſuaſiõe calida mittet .n. pdicatores ad nouã legẽ pdicandã ↄ̃t xpm Secũdo falſitate miraculoꝝ arte
Apo. 13. — magica ℙrio faciet ſtatuas loq 7 futura p dicere 2° faciet ignẽ ð celo i terrã deſcẽdeř Apo . 13 . i . malignũ ſpũm faciet ſup ſuos deſcẽdere . ut loqntur oĩbus liguis 7 i ↄſpe
Spũs in linguis — ctu hoĩnũ deſcẽdet ſicˀ ſpũs ſcũs i aplos. uñ iactabũt ſe aplis excellẽtiores q ſpũm ſcũ3 i ↄclaui acceperũt Tertio ſimulabit ſe mor tuũ 7 uidebiř reſurgẽ 7 fereř a demoni bus p aera 7 tũc populi adorabũt eũ. Pſal.
Pſal. — inſidiař i aſcõdito qſi leo i ſpelũca ſua. leo ppter uim q2 multa flagella iferet . ſpelun ca ppter iſidias. qle erit tũc martiꝝ tormẽ tũ qñ torqbũtur 7 tortores ãte illos uide bũtur ſeuire 7 ipſa tũc eccłia ceſſabit a miraculis . ſimulabit ẽt aſcenſum i celum
Apo . 13. — Apo . 13 . Tertio faciet arbores cito flore re 7 areſcere mare turbari 7 naturas i di uerſas figuras mutari mortuos i conſpectu hoĩum ſuſcitabit Quarto p munera decipiet i ueniet theſauros 7 ditabit hoĩs diuites hu⁹ ſeculi Quito p minas 7 tormẽta cõpellet quos p munera uincere nõ poterit . 7 hec tẽ ptatio ſimul totum mundũ examiabit . Tũc
Dia. ſolu tio — ſolueñř demões q mõ ligati ſunt. nec poſſũt tñ qꝫtum uolũt nocere nec quiſq3 poterit aliqd uendere aut emere niſi hẽat caracte rẽ beſtie imo iterficieř q ñ hũerit Quar to qñ iudei ueniẽt i hyeruſalẽ . Re . quidã
Gog 7 magog — q de gcg 7 magog itra montes caſpios ſunt decẽ tribus clauſe ab Alexãdro fortius que nõ pmittũř exire a regina Amazonũ 7 has dicũt iudei uẽturas i hyeruſalem cu3 nouo
Aug. — meſſia . Aug . dicit q Gog . iterpretatur occultatio . 7 Magog deiectio . 7 ſignificat exercitũ ãnxpi duplici mõ ipugnatuꝝ ec cłiam . occulte p hereticos 7 apte p arma.
Helias 7 Enoch Malechie ultimo Apo. — Quito q Helias 7 Enoch ueniẽt Mala chie ultio 7 cõuertẽt corda patrũ i filios. i. ſuſcipiẽt iudei fidẽ xpi ut Habraam Yſac Jacob Dauid 7 ceteri patres . Apo. dabo duobus teſtibus meis . ſ. Helie 7 Enoch 7 pphetabunt ãnis trib⁹ ſicut ipſe xps predi cauit amicti ſaccis . in pnie exẽplum dã

tes q due oliue ſunt . 7 duo candelabra dã tes . ĩ3 aliis lumẽ . tandẽ occidẽtur i hyeruſa lem 7 iacebũt tribus diebus 7 tribus nocti bus corpora eoꝝ in platea . q2 nullus au debit illa ſepellire ppter metũ ãnxpi. in dimidio ꝭo qrti diei audiẽt uocẽ ð celo oẽs . Helias 7 Enoch aſcẽdite huc 7 aſcendẽt in celũ i nube. poſtea ꝭo. 14. diebus regna bit ãnxps . Dañ . 12° hetur q tribus ãnis — Dañ . 12°
cũ dimidio durabit pſequutio h iurauit an gelus p uiuentẽ i eternũ q i tps. tẽpora 7 dimidiũ tpis erit. ſ. deſolatio. Et ne mũdo niſi breuiari fuiſſẽt dies illi Sexto mors ꝭo ãnxpi dr. ſ. q ãgel⁹ Michael i mõte oliueti i loco unde xps aſcendit i celũ i papiliõe ſuo in trono regio illũ occidet . poſt mortẽ
ꝭo ãnxpi ſm Dañ . 45 . dies dãtur mũdo ad penitentiã . tunc iudei oẽs cõuertẽtur 7 — 45 . dies penitẽtie
pacificum ſtatũ habebit eccleſia q2 omnis fraus 7 ſeuitia dia . penitus deficiet ubiq3 hec ergo omnia puidens Dauid in pſona eccleſie orat iuuari ne deficiat i perſequutio ne illa in dimidio dieꝝ . i . ante terminus ſ3 expectari ad hos . 45 . dies i generatiõe 7 generatione ãni dei . i . ut ex illa pnia ſp regnẽt cũ deo . i annis generatiõis xpi ideſt i ãnis eternitatis in celo .

**Initio tu dñe terrã fundaſti** q . d . oĩa ſunt a te 7 tu eternitate tua oĩa pce dis 7 qꝫuis iſta omnia trãſitura ſint tu tñ in eternũ ſtas . uel dic miſerere nři deus oĩu3. terra. n. ſumus. i. fragiles ł q idẽ uelit
dicere q . Moyſes . in pricipio creauit de⁹ — Geñ . 1°
celũ 7 terrã uñ philoſophi 7 poete tam alte exorſi ſunt . furantes a uate noſtro
Moyſe Vir . 6 . principio celum ac terras — Vir .
campoſq3 liquentes Ouidius hoc idem or — Ouidius
phens homeruſq3 ſicut Jn principio ergo in filio creauit deus celum 7 terram ita orat non omnino defici ubi nota ſecundũ Aug . i his uerbis trinitas apparet . Crea uit deus. ſ. pr cuius eſt poteſtas. in pricipio ideſt i filio cui⁹ ẽ ſapiẽtia ſed ubi ẽ pater 7 filius ibi eſt 7 amor 7 hic ẽ ſpũs ſanctus qui ſubditur ibi ſpũs dñi ideſt ſpũs ſanct⁹ cuius ẽ uolũtas . q . d . eccłia oſtende po tẽtiã tuã ↄ̃t ãnxpm ſapiẽtiã . q2 nõ ẽ ↄſi liũ ↄ̃t dominũ 7 amorẽ 7 clemẽtiam ergo

nos q°s initio terrã fundaſti . i . terrenos ⁊ fragiles ne tñ nos permittas a crudeliſſimo hoſte uexari. h̄ tibi conuenit oratio contra demonum inſultus .

¶ **Et opera manuum tuarum ſunt celi** hoc patʒ ſm yſtoriam ꝙ deus creauit celũ ⁊ terrã sed celi hic ſcĩ intelliguntur qui tanqʒ celi a celando deum in ſe celãt ſcĩ illius tẽpla ſicut alibi dicit propheta . de aplĩs celi enarrant gloriam dei . — Celi / Pſal.

¶ **Ipſi peribunt tu aũt permanes** hic opportet legẽ cum interrogatione . q . d . o dñe deus num celi . i . ſci peribunt in tribulatiõe illa . peribũt quidẽ celi ⁊ terra ⁊ creatura ois . ſ . a ſtatu in quo nũc ſunt nõ quo ad ſuſtantiã ſʒ q̄ztum ad aliquã diſpoſitionẽ qꝛ corpora celeſtia ceſſabunt a motu locali . terra ꝟo a mutua alteratione ſuſtantyis tñ eorum remanẽtibꝰ sed tu immobilis das cuncta moueri . q . d . o ꝟa ⁊ ſumma omnium permanentia . da permanere facultatẽ concede ut non deficiamus oĩo ⁊ anichilemur ⁊ ſic permanentia illa eterna ruamus in baratrũ eterni tartari .

¶ **Et ſicut opertoriũ mutabis eos ⁊ mu buntur** ſolent homines ſm tẽpora mutare veſtes q̄zuis tñ renouentur eadem remanet ſuſtantia ueſtis reuolute ſic mutabunt corpora celeſtia a ſtatu in quo nunc ſunt . qꝛ nõ erit amplius neceſſariꝰ cõpleto numero electorum ad q̄z omnia nunc tẽdunt ſic ſʒ paulum omnes quidẽ reſurgemus ſed nõ oẽs immutabimur de miſeria ad felicitatẽ ſʒ ſolũ electi ⁊ ſic imutari in melius petit propheta ut cetere mutabuntur creature preter dannatos qui de malo i peſſimũ mutabuntur ro . 8 . creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis. mutabis ea . ſ . ad immutabilitatẽ qꝛ . ſ . ut dixi motus celi ceſſabit. conuenit eñi quũ creature alie facte ſint — Paulus / ro . 8 .

propter hominẽ ut mutato homine mutentur illa a corruptione in incorruptionẽ ſecundum Paulum .

¶ **Tu autem idem ipſe es et anni tui non deficient** . i . quũ oĩa ſint mutabilia ⁊ corruptibilia tu ſolus es imutabilis dicit tu . q . d . ſolus idem qꝛ nõ mutaris a iuuentute i ſeniũ ⁊ a uita i mortẽ ut nos nullus alius abſte iõ Dauid i pace ⁊ i idipſum dormiã ⁊ requeſcã ⁊ ſubdit es ita ꝙ illõ idẽ oſtẽdit dei pmanentiã illud ipſe dei oĩpotentiã illud ꝟo es nãm oſtẽdit dei . q . d . idem ipſe es . i . imutabilis iterminabilis ⁊ oĩpotens lʒ oĩa ſint ex te p te ⁊ in te non tñ oĩa ſunt ꝙ ipſe es qꝛ tu es mutans nõ mutatꝰ faciens non factus ⁊ mouens ⁊ nõ motus . q . d . da tu q ſp idẽ ipe es ut ãni q°qʒ nr̃i non deficiãt a te . — Pſal.

¶ **Filij ſeruoꝝ tuoruʒ habitabunt** . i . boni xpiani ⁊ pfecti ab aplĩs ⁊ pdicatoribus conuerſi in eternũ habitabunt coram te in pulcritudine pacis ſecundum. Yſa . teſtem tuum fidelem in requie opulenta ⁊ tabernaculis fiducie duplici ſtola . i . cũ glorificatione corporis ⁊ aie i veſtimentis albis ſm teſtem ſeruũ tuum Johannem i apo . — Yſa . / Stole

¶ **Et ſemen eorum in ſeculum dirigetur** hõi chriſtiani ſeminati ab apoſtolis in mundo eleuabãtur in deum per contemplationem hic ⁊ fruitionem i celo in ſecula ſeculoꝝ añ .

Pſalmus 6ꝰ . in ordine pſalmorum . 129 . q facit ad liberationẽ cuiuſcũqʒ tribulatiõis .

**De profũdis clamaui ad te domine** circa hunc q°qʒ pſalmum tria vidẽda ſunt titulꝰ cã ⁊ uirtꝰ . Primo titulus eſt canticum graduum quia — primo titulus

gradus uirtutũ

a leuitis p gradus cantabatur in figura ꝙ vere pſallentes i hoc pſalmo de uirtute i uirtutẽ aſcendunt ad uidendũ deum deoꝝ in ſyon. Primus gradus uirtutis ẽ pꝛebere cõſenſum diuine inſpirationi ut itret Secũdꝰ meditari Tertiꝰ delectari Quartꝰ pficere Quintꝰ perſeuerare. Item gradus pſallẽdi ſunt dulciter allici. inflamari. eleuari. trãſfoꝛmari in dñ ⁊ nolle unq̃ȝ ide euelli.

2ᵃ cã

¶ Secundo cauſa quare Dauid fecerit hunc pſalmũ eſt pꝛopter pctm̃ adulterij cũ Berſabe ⁊ homicidij urie q̃uis eni illi dñs pepercerit moꝛe tñ fluctuantis animi ⁊ penitẽtis. ſp ſibi uiſus imeritus ẽ de tãta grã ex quo redigit ſepius i memoꝛiam penã quã merebatur ⁊ rei ſp perſona ſumens uenias petit. ſic Paulus. ſic Hyeronimus ſic Auguſtinus ſic ceteri penitẽtes aiebant. aliqui uolunt factũ a Dauid i perſona captiuati populi ſub Nabucdonoſoꝛ uel ſub aſſirijs. Ego ῶo arbitroꝛ ꝙ in pſona nři q captiuati ſub demone ſumus a ſpũ ſancto factus fuerit.

¶ Tertio uirtus pſalmi liberari a quacunq̃ȝ afflictione ſi clamauerit ad deum ⁊ iuuari cum hoc aĩas defunctoꝝ ꝙ pꝛeuidẽs eccleſia ꝑpoſuit illum dicẽdũ pꝛo his qui i purgatoꝛio ſunt. ⁊ ꝓ nobis qui iam ſecundus merita i pꝛofundũ tartari demerſi ſumus iõ ait deuote ⁊ feruẽter ait.

## ¶ Deprofundis clamaui ad te domine

idest de ꝓfundo fecis ⁊ miſerie pctoꝝ de ꝓfundo inferni i q̃ȝ iniquitas mea me quaſi ſubmerſerat. ⁊ depꝛofundo purgatoꝛij ꝓ aĩabus fideliũ clamaui inq̃ȝ depꝛofundis ⁊ ymis ſuſpirijs pectoꝛis doloꝛis in pnia impatiens deſiderijs impulſus ita ut erũpẽtes clamoꝛes cõtinere nõ poſſem ad te dñe deus meus. q꞉ tibi derelictus ẽ pauper oꝛphano tu eris adiutoꝛ.

## ¶ Domine exaudi uocem meam

Ecce quid clamo coꝛde lingua ⁊ ope ut audiaꝛ clamoꝛ meꝰ i excelſo. Tãto.ſ. feruore repleri ut cantẽ cũ ãgelis ⁊ archãgelis cũ tronis ⁊ dominatiõibus. cũq̃ȝ oĩ milicia celeſtis exercitus ymnũ glorie tue ſine fine dicẽtes Sãctus ſanctus ſanctus domine deus uirtutũ.

## ¶ Fiant aures tue intẽdentes in uocem deprecationis mee

hec intentio diuinaꝝ auriũ ſignificat auditatẽ q̃ſdam q̃ȝ Dauid i ſpũ ꝓphetico uidebat ẽẽ i deo ad exaudiẽdas creaturas ꝓut xp̃s i cruce iã uidens patris bꝛachia extẽſa ad ãplexũ diuine pietatis. ait i manus tuas dñe commẽdo ſpũm meũ. i quibus ſe ⁊ oẽ hũanũ genus ↄmendauit. in eo.n. ↄſiſtebat oĩs humana nã tanq̃ȝ pars i ſuo toto. h̃ ides ꝓuidẽs i deo Hyere mias ꝓpheta ait. Exaudi dñe placare dñe attẽde ⁊ fac. xp̃s i cruce

## ¶ Si iniquitates obſeruaueris domine dñe quis ſuſtinebit.

ſi uolueris nos ſ꞉ȝ merita noſtra pũire oẽs ꝑfecto abſoꝛbemur a terra oẽs ab inferno deglutiemur. q. d. ĩpoſſible eſſ꞉ȝ idẽ Yſa. qs poterit de uobis hitaꝛ cũ ardoꝛibus ſempiternis. expaueſcit ꝓpheta uidẽs hũaȝ uitã plenã ſcelerib9 ẽẽ. ⁊ idies declinare i deterioꝛa. Yſa.

## ¶ Quia ap te propitiatio eſt

tibi ꝓpꝛium ẽ miſereri clemẽs.n. ⁊ bñfica diuina natura ẽ ſi iudex.n. ſolũ ẽẽ uelles q̃ibs deſparet. ſed ego nõ deſpo ſciens q꞉ ap te ꝓpitiatio eſt q.d. ꝙ alibi ẽt aſſerit. ꝙ miſericoꝛdia iuſtitiã excellit Pſal. miſatiões eiꝰ ſup oĩa opa eius ut pꝛobat Thomas i 4ᵒ ſen. diſ. 46. Jacobi 2ᵒ ſuper exaltat miſericoꝛdia iudiciũ. iõ quũ iuſtitia uellet dãnare hũuȝ genus uicit miſericoꝛdia ⁊ icarnatus ẽ ⁊ crucifixus xp̃s ⁊ ſic pauci ꝟ nulli de rigoꝛe iuſtitie ſaluabuntur ſ꞉ȝ de dulcoꝛe miſericoꝛdie iõ. hic dr̃. q꞉ apud te ꝓpitiatio eſt ꝙ Publicanus intellexit dicens. deus ꝓpitius eſto mihi pctõꝛi q̃uis. n. culpa pctõris ſit longa uel multa miſericoꝛdia autem domini pſal. ab eterno ⁊ uſq̃ȝ in eternũ ſuper timentes eum eſt. ideo. 2. coꝛ. 1ᵒ

Pſal. Thomas

2. coꝛ 1ᵒ

pr̄ misericordiarum ⁊ deus totius ↄsolatiōis

¶ Et propter legē tuā ſuſtinui te domine

hoc eſt, propter quod tantum ſpero, quia in lege tua amoroſa dn̄e deus pmittis per Eze-
Ezechielē chielem ſtatim ingemiſcenti preſtare veniā ideo defecerunt prelacrimis oculi mei, lacrimis ſtraui lectulum meum ⁊ poculum me um cum fletu miſcebam, ⁊ fuerunt lacrime mee panes, die ac nocte preuidi enim filium tuum ſaluatorem predicaturus
Mat. 6. Mat. 6. beati qui lugent, quoniam ipſi cō ſolabuntur, ⁊ daturum ſitienti fontem aque vive pſalientem in uitam eternam. hec ergo tam benigna lex fuit cauſa quare in flagel la paratus fuerim, quare velim pati quare cupiam pro te mori.

¶ Suſtinuit aia mea in uerbo eius

idem replicat ſepius more amantium qui ſatiari nequeunt, ſic enim per prophetas in verbo ſuo loquutus eſt
Yſa. deus, quod tunc erūpet quaſi mane lumen pe nitentis ⁊ tenebre eius erunt ſicut meri dies, propter quod ſequitur.

ſperauit anima mea in domino

quia ſumma veri tas eſt ⁊ nunquam fallit, alibi propheta ſperantem inquit in
pſal. domino miſericordia circundabit, quia non derelinquit ſperantem in ſe ſed miſericor dia amplectitur ⁊ circundat.

¶ A cuſtodia matutīa uſqꝫ ad noctē ſperet iſrael ī dn̄o

idest a principio diei naturalis uſqꝫ ad noctem, q. d. die ⁊ nocte continue ⁊ ſemper uel melius per diem ⁊ noctem proſ peritatem ⁊ aduerſitatem intelligit, q. d. in aduerſis ſicut in proſperis debet yſrael
Jacob idest fidelis ſperare in domino. Jacob pr̄ fidelium appellatus eſt a deo yſrael ideſt directus in deum quia eleuatus fuit ad ui dendum diuinam gloriam unde, ait uidi do minum facie ad faciem ⁊ ſalua facta eſt anima mea uel etiam a cuſtodia matutina ideſt angelica data ſummo mane ab ortu ho minum uſqꝫ ad noctem ideſt ad mortem ſperent fideles quia ſemper in mūdo i hac vita meſericordia regnat.

¶ Quia apud dominū miſericordia et copioſa apud deum redēptio

nunquam enim eſt ſine deleat filia miſericordia deus. illa ſemper miſericordia dei
iudicanti in trono regio adſtat, illa omnē monarchiam gubernat in celo ultra ↄdignū per miſericordiam glorificati ſunt ſancti, in mundo per miſericordiam iuſtificati ſunt impij in inferno per miſericordiā citra cō dignum puniti ſunt rei, copioſa autem re demptio de xp̄i paſſione intelligit que ad xp̄i paſſio
mille mūdos redimendos ſatiſfeciſſet unde Dauid ⁊ eccleſia erat in uniuerſali pro oi bus in particulari pro his qui ſunt in pur gatorio ⁊ in ſpetiali pro ſe, qui peccaue rat ideo concludit.

¶ Et ipſe redimet iſrael ex omnibus iniquitatibus eius

⁊ bene yſrael ideſt fideles re demit pro omnibus quidem facta fuit ſolu tio in bancho ſanctiſſime crucis ſed oēs no luerunt captiuitatem exire p portas fidei per quas ſolum erat egreſſus quia ſine fi de impoſſibile eſt placere deo, quam ſi amplexus fueris redimeris ex omnibus ini quitatibus tuis, quia totum hominem ſaluū facit deus ſi ſaluus uoluerit fieri, habes ergo mi Leonarde in hoc breuiloquio util limo, Dauid, quomodo ab imo corde qui ad deum clamauerit pro ſe ⁊ pro his qui in purgatorio ſunt inueniet idulgentiſſimū patrem copioſum in miſericordia ⁊ redem ptione filium ⁊ celeſte nectar ſpiritum ſanctum diſtillantem in ſecula ſeculorum am̄.

Pſalmus 7us. penitentialis in ordine pſal morum. 242.

**[d]Omine exaudi orationē meaꝫ**

Circa quez¹ tria ut in ceteris videnda sunt .

Primo titulus ¶ Primo titulus qui est psalmus David . Oratio apta ad psallendū coram deo in elevatione mētis . q . d . Oratio est cuius vi ⁊ potētia ascenditur ad deū . ⁊ psallitur in iubilo illo angelico ⁊ divino .

Secūdo causa ¶ Secundo causa psalmi quare factus sit . est qꝛ David persequutus a filio suo Absalon qui ad mortē patrem querebat . Vidēs se longe maiora meritū propter adulterium cum Bersabe ⁊ homicidium proditorium cum Uria . Solum ad deū recurrit tanq̄ ad unicum refugiū . sciens q̄ si decreuerit saluare se ocius liberaretur . sin aūt patienter tollerāda dei flagella fore .

Tertio virtus ¶ Tertio virtus psalmi est ɔtra domesticos inimicos ⁊ a naufragio in maximo uentorum ɔtrariorum ⁊ tēpestatis turbine liberari . ⁊ ad portū salutis deduci . liberari inquam a proprijs opibus . qui tanq̄ pessimi filij sunt ut Absalon q q̄runt patrē privare regno . s . rōnis ⁊ iterficere illū in eternū . sed regia ⁊ sacra maiestas ipsius rōnis . si recursum habuerit ad deū . magis ac magis sublimatur ⁊ stabilitur in regno . ⁊ hūano in mundo ⁊ eterno in celo . ⁊ hunc psallēdi modū nō tm̄ sibi sed oī ecclesie ꝓuidit ⁊ intellexit in ipū ꝓphetico . David ꝓfuturꝝ dicit g⁹

**¶ Dñe exaudi orationem meam .** Amorosa quadam fiducia petit David q̄ intelligit deū daturū . s . exauditionē ipsi elevate mēti in feruidam orationē . Ipse orabat liberari a filio ⁊ nos a pravis opibus qui nephandi ⁊ periculosi filij sunt . psal .
Psal . Concepit dolorem ⁊ peperit iniquitatem .

**Auribus percipe obsecrationem meam .**

Humano more loquit̄ . qꝛ facilis est ab inclinantibus benigne aures impetratio . q . d . revolue ad me serenitatem vultus tui ⁊ aurium benignitatem . quibus a tanta persequutione recreari valeam .

**¶ In veritate tua exaudi me** Tu enim es summa veritas . ⁊ dixisti Exo . 20 . Honora patrem tuum . Exo . 20 . Parentes Fac ergo ꝑcepta divina que violare nephas est a filio meo adimpleri . Nos uero ɔtra impetus inferiorum sensuum auxiliū oramus . dixerat enim deus Gē̄ . 4 . Gē̄ . 4 . Ipsi Caym sub te erit appetitus tuus ⁊ tu dominaberis illius tanq̄ . s . dñs servo ⁊ pater filio . Oramus ergo imperium rōnis . Ratio p dño haberi ⁊ patre ⁊ sensus loco suorum Sensus ⁊ filiorum subici . O quale tūc regnū mi L . si corpus aie . si sensus rōni . si aīa ipsi deo pareret .

**In tua iustitia .** Quasi dicat omnia enim iura hoc clamant . oēsq̄ leges . p° eterna . 2° nālis ab illa orta . 3° divina . 4° politica . Iura hoc docuit Solon athenas . Ligurg⁹ lacedemoniam . Iustinianusq̄ orbem . hoc Moyses . hoc ipsa summa veritas xp̄s docuit . Latores Legis Insti . de iure nālī gentiū ⁊ ciuili . iuris aūt ꝑcepta sunt hec . honeste viuere alterum non ledere . ius suum cuiq̄ tribuere Insti .

**¶ Et non intres in iudicium cum servo tuo**

Non punias me ut iura uolunt . sciebat enī Absalonis persequutionē atrocem sibi datam in penā adulterij proditionis homicidij prout sibi retulerat Nathan propheta . ⁊ ipse ꝓuiderat in spiritu ꝓphetico . ⁊ utrumq̄ dannabat ad mortē in lege Moysi . Unde timebat mori David quum plures meruerit mortes . tu quoq̄ in hoc psalmo quū in oī peccato mortali eternam merueris mortē ꝫm legē divinam . potes hunc sepius uersum replicare . deum orans ut non intret in iudicium contra te .

**Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens** Homo enim fragilis est ⁊ q̄uis caveat labitur tamē . viuere enim ⁊ peccare ɔiugium inierunt . Prover . 24 . Prover . 24 . Septies in die cadit iustus . uel dic oīs

viuens . i . ipſi quoq3 angeli in ꝯparatione tui non viderentur mundi . q2 maior diſtantia tua eſt a qualꝫ creatura q̄3 creature ad non eſſe . nolis ergo requirere iuſtitiam noſtram 7 gratitudinē . q2 prope ꝯſpectum beneficioꝝ tuoꝝ poſita dannarent . nobiſcum miſericordia agatur 7 non iuſtitia . 7 ſubdit cauſam .

**Quia perſequutus eſt inimicus aiam meaꝫ**

Abſalon filius tanq̄3 inimicus peſſimus 7 Achitofel ꝯſiliarius 7 ceteri querebant animam dauid a corpore profugare 7 occidē . ſic caro diabolus 7 mundus inimici tui ꝯiurati ꝯtra te in pernitiē querunt aiam tuam ad eternam mortē a qua tu oras liberari .

**Humiliauit in terra uitam meam .** Quia depoſito diademate 7 ſtatu regio . fugit pedeſter flens operto capite 7 multas ſuſtinuit iniurias quuꝫ Semei 7 ceteri dicerent deſcende vir ſanguinum 7 vir belial ex quo multum fuit regia maieſtas humiliata . quo ad corpus 7 animā te vero uitia 7 ſcelera humiliant nimis O peccator quum a ſtatu illo diuino 7 regio in miſeriam criminum nephandorum deiciunt a quo ſi liberari uis humiliare 7 dic cum propheta idem erumpe clama ad miſericordiam dei .

**Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi** Qui ponuntur in foueis ſubterraneis in ſepulchris . Dauid enim in cauernis ſub terra abſcondit ſe a facie inimicoꝝ . tu uero in locis 7 carceribus tenebroſis peccatoꝝ ſubmerſus . nē in eternis tenebris demergaris hoc idem ora

**Et anxiatus eſt ſuper me ſpūs meus . in me turbatū eſt cor meū**

Jn maxima fuit anxietate dauid uidens ſibi iminere periculum naturalis mortis 7 forte eterne ſi meo caſu moreretur . affligebatur maximo cordis dolore . O quam peccatoribus aſſiduis 7 obſtinatis timendū ē mi . L . ſi uir ſcūs 7 ꝓpheta ſemel lapſus tantum expaueſcit . tamen docet non deſperandum ſed confidendum dicens .

**Memor fui dierum antiquorum** Scilicet ꝙ non ſinis patrem irrideri a filio . quia : Gn̄ . 9 . per Noe amicū tuum . Maledixiſti Cam filio pro deriſione patris . Timebat dauid duo mala . alterum ſibi ne a filio comprehenſus occideretur . alterum uero ne dannaretur filius pro tanta perſequutione patris . ideo . 2 . Re . 18 . tantum planxit illum nullam uolens conſolationem recipere . ſed die nocteq3 clamans fili mi Abſalon . Abſalon fili mi quis dabit mihi ut moriar pro te . uel memor fui dierum antiquorum in quibus clamantibus in penitentia pepercisti . Lege omne teſtamentum vetus 7 videbis quotiens ingrato illi populo pius 7 glorioſus deus indulxerit . Jdeo ait

Gn̄ . 9 . Cam

2 . Re . 18 .

**Et meditatus ſum in omnibus operibus tuis et in factis manuum tuarum meditabar** Que tua omnia facta tā pia conſulebant ut magis de tua miſericordia conſiderem quam de mea iniquitate deſperarem . ideo

**Expandi manus meas ad te** Fretus in tua beneficentia 7 liberalitate ſupplex in maxima gemituum copia . Videbat hic dauid iam deum adiutricem porigentem manum . Jdeo tanq̄3 infans iam uiſi lactis auidus extendit brachia manus eleuat .

**Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi** Que . 8 . in puluerē

reſoluitur. ⁊ quaſi diſſipata ⁊ ſterilis eſt. propterea penitens in hoc verſu petit irrigationē gratie. Yſaias Sicut nix ⁊ imber deſcendit de celo ⁊ inebriat terram ⁊ germinare eam facit ⁊ dat ſemen ſerenti ⁊ panez comedenti. Sic erit uerbum meū ꝙ egreditur de ore meo. non reuertetur ad me uacuum. alibi Dauid ait. Et erit tanq̄z lignū ꝙ plantatū ē ſecus decurſus aquarum. ꝙ fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Hoc petunt penitentes celeſti. ro re ⁊ pluuia gratiarum irrigari. ⁊ quia illius uehementi deſiderio tangitur. ⁊ quaſi impatiens efficitur. ideo clamat

Yſaias

Pſal.

**Velociter exaudi me**

Dubito enim a remorſibus conſcientie ſeuibus ex iminenti etiam periculo interimi. ⁊ uideo te paratum ad ueniam largiendam feſtinari. itaq̄z oro ne prius deficiam.

**defecit ſpiritus meus**

Actum eſt de ſalute mea niſi exaudieris iam ſpiritus meus defecit ⁊ ad nihilum deuenit niſi tu refeceris. a quo omnia facta ſi defecerint in priorem ſtatum redigi poſſunt. Ego quum nihil eſſem a te factus ſum. ⁊ quum defecerim a te refici. clamo

**Non abuertas faciez tuam a me**

Tanq̄z offenſus qui hoſtis ſui precibus tergat uertit uel gladium.

**Et ſimilis ero deſcendentibus in lacum.**

Si priuatus ero gratia uidendi ⁊ contemplandi te. ero tanq̄z dannati in inferno. ſicut enim ſummum bonum in uidendo deum. eſt ita ſummum malum in priuari viſione dei. propterea hoc iterum atq̄z iterum oro.

**Auditam fac mane miſericordiam tuam**

Cito ⁊ bona hora ſcilicet gratie ⁊ uelociter fac ubiq̄z miſericordiam tuam audiri. qua me liberabis. ut ceteri quoq̄z in tua miſericordia freti cadant proni ante conſpectum tuum.

**Quia in te ſperaui.**

Et tu ſperantem miſericordia circundas. De hoc ego predicator. ⁊ tuba ubiq̄z fiam.

**Notam fac mihi viā in qua ambulem**

fugiebat Dauid i deſertum in locuz tutum. ⁊ tu fugis a facie dei profugis ⁊ indiges doceri ⁊ dirigi.

**Quia ad te leuaui animam meam**

Ad te fontem miſericordie eleuaui omnes anime mee uires. intellectum ad te ſolum intelligendum uoluntatem ad te ſolum uolendum ⁊ memoriam ad te ſolum recondendum.

**Eripe me de inimicis meis domine**

Ab inimicis hominibus. ab inimico demone a mundo ab inſidijs cupidinis

**Ad te confugi. doce me facere uoluntatez tuaz quia deus meus es tu**

Quaſi dicat ſi tu abieceris quis colliget. Tu patens unum miſeris aſilum. tu domus refugij es. Ego non intelligo quid expediat .i. tu domine deus conſule. Manus tue domine fecerunt me ⁊ plaſmauerunt me. tu dominus meus ⁊ deus meus miſerere ſerui ⁊ creature tue

Iob

**ſpiritus tuus bonus deducet me i terram rectam**

